nabilē.uñ cōualescētibus senibus & debilibus maxime cōueniūt:& maxime uitella.uñ Auic.in trac.de uirib⁹ cordis uult ꝙ uitella ouoꝝ aīaliū bonę carnis sicut gallinaꝝ pdicū & faseanoꝝ:licet nō sint me dicinæ cordi:multū tñ cor cōfortāt.Et postea subdit ꝙ cito in san/ guinē cōuertunt̄:& post cōuersionē paucā hñt supfluitatē:& gene/ rāt sanguinē subtilē & claꝝ:& ergo maxime cōfortāt cor generādo sanguinē ei ꝓportionabilē.Et ulterius dicit ꝙ multū ualēt in disso/ lutione substātiæ spūs & diminutiōe sanguinis cordis. Sorbilia vͦ oua facilis sunt digestiōis:& leniūt pulmonē:& pectus:uentrē lubri cant:& minus nutriūt quā tremula. Dura vͦ oua p decoctionē fa/ cta ad digerēdū sūt difficilia:& nutrimētū exhibēt grossum:& tar dę a stomacho descēdēs:& tarde penetratiuū.Notādū ē insup ꝙ ex diuersitate p̄parationis:ouoꝝ esse acqrit̄ in eis bonitas uel malicia: aut.n.sunt assata:aut elixa:aut frixa:aut in iure sunt cocta. Assata elixis grossiora sūt:& ad digerēdū duriora:qa focus substātialē eoꝝ humiditatē desiccat:Et fiūt duob⁹ modis:aut.n.cū corticib⁹ īter ca lidos cineres ponunt̄:aut in testis frāgunt̄.In testis fracta peiora sūt aliis.Illa aūt q̄ cū corticib⁹ īter calidos cineres ponunt̄ duobus fiūt modis:aut īter cineres ponūt̄ tota:aut sup carbōes ptim discoopta: quæ ī cinerib⁹ ponunt̄ tota sūt peiora:qa cū calor foci circūeat:fu/ mositates retinet:discoopta sup carbones posita fumositatē emittūt: & mūda fiūt.Elixa ī aq̄ meliora sūt q̄ assata:qa aq̄ humiditas calori foci ī humiditate desiccāda repugnat.Et fiūt duob⁹ modis:aut.n.cū corticib⁹ elixant̄:aut infra aquā frāgunt̄. Cū corticibus peiora sūt alijs:qa cortices ꝓhibēt dissolutionē fumositatū & grossiciei.In aq̄ fracta calor aq̄ tēpate penetrat:& grossiciē suā subtiliat:& aufert si bi grauitatē sui odoris.uñ hmōi laudabiliora sūt cęteris oib⁹.frixa cęteris peiora sūt:qa pessimos generāt humores:& sūt in stomacho morātia fumositatē & corruptionē inducētia:& fastidiū faciētia.In

iure cocta iter assata:& in aq̄ fracta sūt mediocria. Et ista colligunt̃ ex Isaac in dictis ul̃ibus. Sciendū est ēt ꝙ ouū diuersificat̃ ꝑm eius partes cōponētes. Nā uitellū in caliditate tēpatū existit: albumē ṽo frigidū est & uiscosū dure digerit̃: & sanguis ēt ex eo generatus nō est bonus. ut hr̃ ex Rasi. iii. Almā. c. de uirtutibus ouoꝝ. Et sicut oua ꝑdicta. s. gallinaꝝ pdicū & faseanoꝝ sūt cōuenientia i regimine sanitatis: ita oua anatū: anserū: structionū: & similiū uolatiliū minus cōuenientia sūt i regimine sanitatis: uel simpl̃r euitāda. Secūdū est uinū rubeū. Pro quo sciēdū est ꝙ uina diuersificant̃ i colore. Nā q̄dā sunt alba: q̄dā rubea clara: q̄dā citrina: & q̄dā nigra. Vina. n. alba debiliora sunt cęteris: minus calida & minus nutritiua. ueꝝ sūt minus ledētia caput & magis urinæ ꝓuocatiua & apitiua. Quod sūt debiliora cęteris. p3: qa ꝑm Gal̃. sup. i. can. iii. parte regiminis acutoꝝ. Debile uinū est qđ minus calefacit & minus replet caput: cum ergo uina alba minus calefaciunt & minus replent caput cęteris: ut patebit debiliora erūt cęteris. Quod āt uina alba sūt cęteris minus calida: p3 p Gal̃. in cō. illius can. iii. parti. regiminis acutoꝝ: de uino eteni albo dicentē. Nō est possibile alicui ex uinis albis ut calefaciat calefactiōe uehementi. Et postea subdit. Vinū aūt albū est minoris calefactiōis oibus uinis. Et istud est ueꝝ cōparādo uina eiusdē territorii adinuicē: & nō aliter: qm̄ uina rubea & ruffa gallicana nō sunt ita fortia: nec ita calida: sicut sunt multa uina alba quæ repiunt̃ in alijs territoriis. Debet igit̃ fieri cōparatio inter uina eiusdē manerici & territorii. Quod aūt sint cęteris minus nutritiua p3 p Gal̃. in cō. illius amphorismi secūde particule amphorismoꝝ: facile est repleri potu q̄ cibo dicentē. Vinū. n. aquosum subtile atq3 albū usualiter aq̄ est uicinū & illius uirtuti uicinat̃ adnutriendū: uñ urina ꝓuocat̃: nec corpus inde nutrit̃. Et sil̃r i cō. illius amphorismi eiusdē particule. Eoꝝ q nutriunt̃ dicit Gal̃. uinū aquosum nimis dat cor/

pori nutrimētū:cuius liquor est sicut aq̄ subtilissima & color albus. q̄d aūt nimis ledūt caput p Auic.in.i.doc.ii.c.de regimine aq̄ & ui ni dicētis. Vinū v̄o albū & subtile calefactis est melius:nō.n.capitis efficit dolorē:sed fortasse humectabit:& capitis dolorē alleuiabit. Et idē etiā uult Gal.in cō.illius cano.iii.pticule regiminis acutoꝝ. Potus aūt dulcis:rō aūt q̄re minus ledūt caput ē:qa minus fumosa & uaporosa sunt cęteris:q̄d aūt magis sunt urinę puocatiua & ap/ tiua:pꝫ p Ipo.in cano.illo.iii.parti.regiminis acutoꝝ de uino eteni albo dicētē. Sed trāsitus eius.s.uini albi ī uesicā ē facilior q̄ cuiusli/ bet alterius potus:cū quo ēt uim apitiuā hr̄e dinoscit̄. Et ex hoc tex tu sequit̄ ꝙ ista uina alba subtilia plus cōueniūt q̄ alia uina calefa/ ctis:siue a nā sicut colericis & sanguineis nālibus siue ab accidēte: sicut calefactis ex ira uel mora in sole. Et silr̄ magis cōueniūt studē tibus:qui debēt uti uino nō turbāte cerebrū:& silr̄ cōueniūt hn̄tib9 cerebrū debile:siue nālr̄ siue accidētalr̄: qa hn̄tes cerebrū debile ex forti uino facilr̄ inebriant̄.ut habet Auic.in.i.loco p̄alle. Et ergo si uti uelint uinis fortibus necesse est ea fortiter limphare. Et silr̄ cōue niūt hn̄tibus epar calidū & stomachū calidū & habitātibus in re/ gione calida:qa calida uina in istis facerēt estuationē. Vina v̄o ru/ bea clara sicut beluacēsia calidiora sūt cęteris.ut uult Gal.cō. illius cano.sup Alman.De uino etiā albo.ubi dicit. Verūtn̄ cuius calefa/ ctio ex uinis ē uehemēs:eius color est rubeus clarus. Et ista uina ēt nutribiliora sunt cęteris:ut habet Gal.in cō.illius amphorismi p̄all': Facile est repleri.ubi dicit.grossum v̄o & rubeū uinū nutribilius ē cęteris:implens corpora cito obnoxia inanitioni. Et circa istud est intelligendū ꝙ uina rubea dicunt̄ nutribiliora eo ꝙ plus coꝝ ī sub/ stātia mēbroꝝ cōuertit̄. Vina tn̄ nigra pn̄t dici nutribiliora cęteris q̄a cōstantius dāt nutrimētū:& tardius a mēbris resolubile. Et isto mō dicit Gal.in cō.illius amphorismi p̄alle.Eoꝝ qui nutriunt̄ ꝙ ui

na grossa & rubea nutribiliora sunt quã aquosa minus tñ quã ni-
gra. Et isto mõ ẽt intelligit̃ dictũ Isaac in dietis particularibus ubi
uult ꝙ uinũ nigrũ plus nutrit q̃ rubeũ. Et ista uina rubea magis le-
dũt caput quã alba & minus urinę sunt ꝓuocatiua. & hinc est ꝙ ista
uina qa fortia sunt hñtibus debile cerebrũ nõ cõueniũt: ut dictũ ẽ:
sed bñ cõueniũt hñtibus forte cerebrũ: cũ forte cerebrũ uapores ele
uatos ad ipm nõ suscipit. ut dicit Auic. in. i. cap. ꝑalle. & circa istud
est sciendũ ꝙ ingeniũ hoĩs fortis cerebri magis clarificat̃ & acuit̃ si
bibat uinũ bonũ quã si nõ biberet. ut uul Aui. in. c. i. ꝑalle. & rõ est:
qa ex bono uino plusq̃ ex quocũq3 alio potu generant̃ & multipli-
cant̃ spũs subtiles clari & puri. & inde est qđ theologi cõtẽplari so-
liti circa altissima bona uina diligũt: & ꝑm Aui. ibi. Ista uina ualẽt
hoĩbus frigide cõplexiõis & fleugmaticis. Talia nãq3 uina corrigũt
lapsũ frigiditatis cõplexiõis & apiũt oppilatiões euenire solitas fri
gidis fleugmaticis: & digerunt fleugmata cooꝑantia ad cõuersionẽ
eoꝶ in sanguinẽ: & digerunt̃ facilr̃: & cito penetrãt & ꝓbẽt alimen
tũ mũdũ & spũs plurimos. Vina ṽo citrina minoris calefactionis
sunt q̃ rubea clara. ut uult Gal. i. cõ. illius cano. ꝑal. de uino eteni al-
bo. maioris tñ calefactiõis sunt q̃ alba. & ergo magis sunt caput le-
dentia q̃ alba. ut uult Gal. in cõ. illius cano. ꝑalle. Potus aũt dulcis.
Et ista uina etiã minus nutritiua sunt q̃ rubea. magis tñ q̃ alba. Et
apud quosdã ista uina etiã uocant̃ alba. Et hinc est ꝙ aliq dicunt ꝙ
uina alba cito calefaciũt multũ. Vina ṽo nigra sunt minoris calefa
ctionis q̃ citrina. & ergo ẽt minus ledũt caput q̃ citrina. Sed qa tar
dioris descẽsus sunt in uentrẽ: & minus urinę ꝓuocatiua q̃ alba. ma
gis ledũt caput q̃ alba. ut h3 Gal. in cõ. illius ca. ꝑall. Potus ãt dulcis.
Et sunt ista uina etiã plus nutritiua q̃ alba. & citrina minus tñ q̃ ru
bea. ut ꝑdictũ est. Tertiũ est sorbilia facta ex iuribus carniũ. & ma
xime ex brodio pulloꝶ. Talia. n. brodia naturę humanę sunt amica

ex quo facillime in sanguinē sunt mutabilia:& bonū sanguinē ge/
nerāt.& maxime dū fiūt ex simila.i.ex subtilissima parte farinę:qa
simila & maxime tritici multū nutritiua est:& bonum nutrimentū
affert.ut hri pōt ex Ra.in Almā.Et ista tria ponit Auic.ii.in doc.ii.
sum.in.c.xv.in fine.ubi dicit. Exēplū subtilis multi nutrimēti boni
chimi.i.humoris est ouorꝫ uitelli & uinū & aq̄ carnis. Et ex isto cō/
cludit꜡ q̄ ista tria sunt de genere naturā humanā maxie cōfortātiū.

¶ In hoc textu tā/
gunt꜡ duodecim res
corpus humanū nu
triētes ac impinguā
tes: quarꝫ prima est
triticū.i.panis ex tri

Nutrit & īpinguat triticū:lac.caseus infans
Testiculi:porcina caro cerebella:medulle
Dulcia uina:cibus gustus iocūdior:oua
Sorbilia:maturę ficus:uuęq; recentes.

tico.de quo dicit Aui.ii.can.c.de pane.q̄ īpinguat uelociter & ma
xime de frumēto nouo.Ra.v̄o in Almā.de tritico dicit. Triticū tē/
peramēto uicinū est:lꝫ caliditati parꝫ attineat.Quod autē pōdero/
sius & solidius inuenit꜡ maioris est nutrimenti.Oībus quoq; hoibus
aliis granis ꝑficiēs magis ꝓpriū inuenit꜡.Sāguis ēt ex eo generatus
omni sanguine q ex aliis generat꜡ granis tēꝑatior est.Et sequenti.c.
dicit.Panis q ex tritico fit pluribus hominū cōuenientior est. Circa
electionē āt tritici sciēdū est.q̄ electio eius pōt sumi uno mō ex p̄te
substātię ipsius.alio mō ex p̄te ꝑparationis eius.Electionē āt eius ex
p̄te substātię ipsius ponit Aui.ii.cano.c.de frumēto dicēs.Melius ē
istud qđ est mediū inter duriciē & raritatē.magnū.pingue.recēs.i.
nō nimis antiquū.planū.qđ est inter rubedinē & albedinē.frumē/
tū v̄o nigrū mali est nutrimēti.Rasis v̄o suꝑaddit pōderositatē eius
suꝑ electiōe eius. Circa electionē v̄o eius ex parte ꝑparationis eius:
sciendū est q̄ oīa q̄ sunt ex farina tritici frixa tarde a stomacho de/
scēdūt.generāt grossos humores.opilāt uias epatis:augmētāt sple/

nē:& generāt calculū multū nutriūt si digerant᷑. Triticū vo elixū ē cibus grauis & indigestibilis. sed si digerat᷑: fortiter nutrit & robo/rat uirtutē. Sed triticū sub forma panis bñ fermētati & assati in cli bano moderato igne est electus cibus. Et oīa ista colligunt᷑ ex Gal̃. i. ali. Secūda res est lac: Et pōt illud intelligi de lacte ebutirato quod apud medicos adohohe dr̃: & apud cōes balbuca: balbuca. n. recēs si comedat᷑ cū pane recenti: siue calido & īposito maxime impinguat: pōt ēt intelligi de lacte caprino qđ ēt multū nutrit de quo prius la/tius dictū est ibi: p̄sica poma pira: tertia res est caseus infans: siue re cens: de quo dicit Aui. ii. can. c. de caseo: ꝙ est nutritiuus & impin/guatiuus. Et lʒ caseus recēs nutriat & impinguet. in regimine tñ sa nitatis nō cōuenit: qa sequunt᷑ ex eo nocumēta prius dicta ibi: p̄sica poma pira. Quarta res testiculi: & illud maxime intelligēdū est de testiculis galloꝝ impinguatoꝝ: de qbus Auic. ii. cano. c. de testiculo dicit: ꝙ sunt ualde boni nutrimēti & pulchri: & . iiii. in. c. i. c. i. de eis dicit ꝙ in modica q̃titate multū nutriūt. Et pōt istud ēt intelligi de testiculis porcoꝝ multū pinguiū nōdū coeūtiū: sicut porcoꝝ caro: quæ alioꝝ aīaliū q̃drupedū melior existit: & hoc quo ad hoc ꝙ est nutrimētū p̄bere maius irresolubilius corpori humano filĩus: sic ēt & porcoꝝ testiculi respectu testiculoꝝ alioꝝ aīaliū q̃drupedū: & est hoc diligēter notādū ꝙ testiculi aīaliū puectoꝝ ī qbus est iā fermē tatū semē & generatū nō sunt boni nutrimēti: sed testiculi aīaliū iu uenū adhuc nō coire potētiū qbus adhuc nō est sperma fermētatū: sunt satis laudabilis nutrimēti si bñ digerant᷑: & de istis ēt intelligit᷑ dictū prius. Quinta est caro porcina: de cuius electione & effectu satis ample dictū est prius. ibi p̄sica: poma: pira. Sexta est comestio cerebroꝝ: pro quo sciēdū est ꝙ cerebrū est stomacho malū nausea/tiuū deiectiuū appetitus: & grossi humoris gn̄atiuū: ueꝝ est tñ ꝙ si bñ digerat᷑ alimētū dat corpori notabile: sed nullo mō comedi de/

bet post alios cibos:bonū aūt est ꝙ cū origano uel calamēto uel cū aliqbus obtēpantibus eius uiscositatē & frigiditatē ī q̄bus sit uirtus incisiua & calefactiua paret᷑:Et cauēdū est qđ si comedat᷑ qđ primitus asset᷑ sup carbones:& est aduertēdū qđ nō cōfert illis qbus frigide solēt aduenire ęgritudines:sed bñ hñtibus cōplexionē calidā:ut uult Rasis in Almā.& de uirtutib⁹ mēbroꝝ aīaliū.Et breuiter paꝝ cōuenit ī regimine sanitatis:sed aliqñ bñ cōuenit uia medicinę.sicut cerebrū capreoloꝝ cōueniēs est cōtra uenena:& cōtra morsum uenenosoꝝ:& cerebrū leporis cōtra tremorē:& ꝭm quosdā.cerebrum pulloꝝ & caponū ad memoriā & subtiliationē ingenii cōferūt. Circa electionē tñ cerebroꝝ sciēdū est ꝙ meliora eoꝝ sunt cerebra uolatiliū.& ꝓprie montanoꝝ:& ex cerebris q̄drupedū cerebrū arietis deinde uituli.ut uult Aui.ii.cano.c.de cerebro.Septima est medullę quæ multi sunt nutrimenti si bñ digerant᷑.ꝓut dicit Aui.ii.cano.c. de medulla.& ēt facile in sanguinē cōuertit᷑.hoc tñ malū faciūt ꝙ deiiciūt appetitū atq̃ nauseā inducūt.Et ergo Aui.docet eas comedere cū pipib⁹.Et ēt aliq eas p̄parāt cū citoniis & pastillis:ut faciūt lecardi.Et pro electiōe eaꝝ dicit Aui. ꝙ cōueniētior est medulla uitulorꝝ & cerui.deinde thauri:& postea capraꝝ.deinde ouiū. Et ꝭm aliquos medullę thauroꝝ iuuenū & pinguiū multū cōueniētes sūt. Octaua est dulcia uina de qbus posterius dicet᷑ ibi:sunt nutritiua: Nona est cibus gustu iocūdior:qa talis maxime nutrit:Iuxta illud Ipoc.ii.p̄te amphorismoꝝ dicētis.Parū deterior cibus & potus delectabilior qdē meliorib⁹ magis delectabilis est appetēdus.Et Gal. in cō.illius ait.Omnis.n.cibus sapidus in quo qs̄q̄ delectat᷑ cū accipit᷑ a stomacho cōplexus retinet᷑:& cū magna delectatione digerit᷑ plus q̄ qlibet alius q fit abominabilis:fugit uñ uomitus fastidiū inflatio rugitus generās. Et hinc est ꝙ aliq melius ualēt cū malo cibo q̄ cū bono:qa maiorē delectationē hñt in malo.Decima est oua sor/

bilia q̃ in modica q̃titate ẽt multũ nutriunt.de qbus ẽt dictũ est su/
pra ibi.Oua recẽtia.Vndecima est ficus maturę q̃ pp suã dulcedinẽ
multũ nutriũt & ĩpinguãt. Circa istud sciendũ est ꝙ lꝫ nutrimẽtũ
sic nõ existat ĩ robore nutrimẽti carnis:& granoꝝ.est tñ uehemẽtio
ris roboris q̃ nutrimẽtũ omniũ fructuũ:ut uult Aui.ii.ca.c.de ficu
bus.Et ibidẽ ẽt dicit ꝙ ficus est nutribilior cęteris fructibus.Et idẽ
uult Aui.in.i.c.de regimine eius qd comedit dicens ꝙ inter fructus
fructus magis nutritiui & siliores & ꝓpinqores carnib⁹ in nutriẽdo
sunt ficus & uuę ualde maturę & dactili. Circa electionẽ ṽo earum
sciẽdũ est ꝙ ſm Aui.ii.can.c.i.de ficub⁹.Melior est alba qa lenior.
deinde rubea siue citrina.& deinde nigra.Et q̃ uehemẽter matura ẽ
melior ẽ & ꝓxima ad hoc ut noceat.Itẽ humide & recẽtes ficus ma
gis & uelocius nutritiue sunt q̃ sicce & citius trãseunt de stomacho
ad epar:& magis humectant epar & magis lenificãt q̃ sicce:sicce ṽo
sunt minus inflatiue & magis stomacho cõuenientes q̃ humide de
siccis dicit Aui.loco pall.Sicca qdẽ in suis opationibus est laudabi
lis.ueꝝ sanguis ex ea generatus nõ est bonus:& pp hoc facit pedicu
los:ueꝝ si sit cũ nuce tũc eius chimus.i.humor fit bonus:& post nu
cem cũ amigdala.Et postea dicit ꝙ administratio sicce cũ ieiunium
adest.est mirabilis iuuamẽti in apiendo uias cibi.& ꝓprie cũ nuce
& amigdala.cũ tñ ei⁹ nutrimẽtũ cũ nuce sit plus quã cũ amigdala.
Et cõueniunt utreqꝫ ficus in hoc ꝙ in ipsis est inflatio & lenificatio
& expulsio supfluitatũ ad cutẽ & ꝓuocatio sudoris & remotio aspi
tatis gutturis:& mũdificatio & lenitio pectoris pulmonis & canne
eius aptio oppilationũ epatis renũ & splenis. Duodecima res ẽ uua
recẽs.i.uua dulcis & bñ matura.Pro quo sciẽdum est ꝙ uua est tri/
plex.Nã q̃dã est ĩmatura & acerba:& fit ex ea agresta.& ista strin/
git uentrẽ & colerã rubeã repremit atqꝫ sanguinẽ.& multũ ualet in
fluxu uentris colerico:alia est matura uiridis & recens:ex q̃ fit uinũ.

Et ista spāl'r qñ est alba:& sine nucleis & cortice uentrē laxat:& cę-teris fructib⁹ plurimi & melioris nutrimēti existit sicut & ficus:minoris tñ nutrimēti ē q̄ ficus.ut h3 Auic.ii.can.c.de uua. Veꝝ ē tñ ꝗ uentositatē generat & inflatiōes uentris dolorē.Et si remanserit per duos dies uel tres post collectionē suspensa donec cortex detumescat melius nutrit & minus laxat:nec tm̄ inflat.Et hn̄tes stōachū plenū cibo & imūdū malis humoribus nullo mō comedāt uuas & specialiter recētes:& sine arillis:uelociter.n.in stomacho imūdo corrūpunt':& in stomacho pleno cibis:qa nimis cito digerunt':& nō poterunt exire de stomacho post eaꝝ digestionē pp cibū nōdū digestū: q̄re tunc in stomacho corrumpunt':& aliū cibū corrūpūt. Et similiter ēt intelligendū est de aliis fructibus laxatiuis:& si aliquis uelit sumere uuā uiridē & recentē bonū est ꝗ primitus infundat' in aqua feruenti p horā.& deinde ponat' in aquā frigidā: & post sumatur. Ra.v̄o in Almā.de uua recenti:& spāliter dulci.dicit ꝗ cito corpus impinguat:& augmētat erectionē uirgę.& ulterius dicit ꝗ illa uua quæ est subtilioris corij.i.corticis citius descēdit a stomacho:illa v̄o quæ grossioris tardius. Alia est uua sicca:quæ passula uocat':& ista licet ponat' & numerat' īter ęqualia:parū tñ calliditati attinet:& bñ nutrit ꝑm Ra.lo.pall'.& confortat stomachū & epar ꝑm Auic.loco pall'.& opilationes remouet.Et dr ꝗ epar impinguat' ex eis:& maxime si mundent' ab arillis.Et sic tex.prędictus pōt intelligi de uua matura recenti:& de uua sicca quæ passula dicitur.

¶ In hoc textu ponunt' q̄ttuor generalia qbus uina ꝓbāt'. Primū est odor:uinum.n.boni odoris

Vina probant' odore: sapore:nitore:colore:
Si bona uina cupis:hæc qnq3 ꝓbant' in illis
Fortia:formosa:fragrantia:frigida:frisca.

siue redolens multiplicatiuū est spirituū subtilium. Et ꝑm Cōstā.y.

theoricę bñ nutrit:& bonũ sanguinẽ generat:uinũ ṽo fetidũ abominabile est naturę humanę spũs grossos melancolicos generãs:& ꝑm Cóstã.v.theoricę malũ sanguinẽ & capitis dolorẽ ex malo fumo caput ascendere generat.Gal.ṽo.iii.regiminis acutoꝝ cõ i.loquens de diuersitate uinoꝝ ex odore dicit ꝙ ex uino boni odoris est melioris chimi.i.humoris.& ꝑm illud est multitudo quę implet ex eo caput: ꝙ est:quia est subtilius & calidius Quod aũt ex eis est mali odoris ꝑm maliciã chimi generati ab eo erit paucitas lesionis eius ĩ capite: qđ est:qa est frigidius & grossius:Illud aũt cui penitus nõ est odor nõ facit oĩno aliq̃d accidere in capite:quia est uehemẽter grossum. Secundũ est sapor.sicut.n.cibus sapidior melius nutrit:& melius a stomacho amplectit̃.ut dictũ est in snĩa ꝓcedenti:ita & uinũ.Circa istud tñ sciẽdũ est ꝙ uina in sapore diuersificant̃:q̃dã.n.sũt dulcia: aliis nutribiliora grossum sanguinẽ faciẽtia:& uentrẽ humectantia ad digerẽdũ dura & sitim gnãtiua.Alia sunt põtica siue stiptica stomachũ cõfortantia:uentrẽ cõstipãtia:pectori & suę ꝑtinentię.s.pulmoni & cãne eius nociua:intestinis cógrua:ad digerendũ dura:alia sunt acerba q̃ sũt diuterica.i.urinę ꝓuocatiua:grossos humores nõ generãtia:sed dissoluentia:alia amara minus calida.ut hꝫ Cóstã.v. theoricę.Tertiũ est nitor siue resplendẽtia q̃ indicat sup subtilitate uini:& sic ex cõsequenti sup subtilitate spirituũ ex ipso generatoꝝ. Quartũ est color.Ex pte.n.coloris uina diuersificant̃ in nutritiõe: Vina.n.rubicũdiora cęteris paribus magis nutribilia sunt albis:& ideo plus cõueniũt macris quã alba.alba tñ plus cõueniũt pinguibus.Et de ista diuersitate uini:ex colore dictũ est prius ibi.Oua recentia.Deinde ĩ textu ponunt̃ qnq; spãlia qbus ꝓbat̃ bonitas uini. Primũ tangit̃ cũ dr̃.Fortia.Fortitudo.n.uini cognoscit̃ ex effectu. Vinũ.n.forte est qđ calefacit corpus uehementer replens caput ꝑm Gal̃.cõ.i.iii.pti.regiminis acutoꝝ.Istud.n.uinũ maxime spirituũ ẽ

multiplicatiuũ & multũ nutritiuũ. Caueãt tñ ab illo nisi sit limpha-
tũ q sũt debilis cerebri: qa magna effumatio ab ipso ad cerebrũ ip-
sum pueniret: & ipm lederet. Secũdũ tãgit᷑ cũ dr̃ formosa. Vinũ.n.
formosũ: siue pulchrũ: qa cũ maiori appetitu sumit᷑ melius digerit᷑
& melius nutrit. Tertiũ tãgit᷑ cũ dr̃ fragrãtia. Vinũ.n.fragrans siue
bñ redolẽs maxie cõfortatiuũ est: & spirituũ subtiliũ generatiuũ.
ut dictũ ẽ. Quartũ tãgit᷑ cũ dr̃ frigida. Nã uinũ d3 eẽ frigidũ quo
ad tactũ. nõ ãt quo ad effectũ. Vinũ.n.calefactũ cũ sit rarius & sub
tilius citius inebriat: neruos debilitat. & caput ledit nisi in modica
q̃titate sũptũ fuerit. Quintũ tãgit᷑ cũ dr̃ frisca. Vinũ.n.bonũ d3 eẽ
friscũ: siue leue. qđ spumãdo sonũ facit & h3 spumã tenuẽ de facili
labilẽ: & in medio existẽte: siue qñ i eo mouent᷑ athomi. Vinũ.n.nõ
istius dispõnis pẽdulum dici d3: & maxime si nõ sonat uel corpora
athomalia nõ hẽat: uel d3 dici debile uel limphatũ si spumã hẽat cũ
magnis ampullis: uel ad latus ciphi spuma diu maneat.

Sunt nutritiua plus dulcia candida uina.

¶ In hoc textu po-
nit᷑ unũ documẽtũ
de uinis. Et est ꝙ ui
na cãdida & dulcia cęteris paribus uel nutriũt reliqs uinis. Et istud
uoluit Cõstã. loco pall᷑. & idẽ uult Aui. in .i.c. de regimine aq̃ & uini
ubi dicit. Vinũ quoqꝫ grossum qđ est dulce. est melius illi q uult esse
pinguis. Et rõ est qa uina dulcia uehemẽter a mẽbris attrahunt᷑ pp
eoꝝ dulcedinẽ: cui nã cõgaudet. nã dicit Aui. ii. can. trac. i. c. iii. opa
tiones aũt dulcis sunt digestio & lenificatio & multiplicatio nutri-
mẽti: & nã diligit ipm. & uirtus attractiua attrahit ipm. Et licet iste
textus uerificet᷑ de omni uino dulci: eligibile est tñ uinum moderate
dulcedinis. & nõ dulce in summo: sicut uinũ qđ uulgo muscadellũ
siue muscadetũ dr̃: qa tale corrũpit sanguinẽ. Cuius rõ est: qa natura
rapit auide tale uinũ a stomacho ad epar prius q̃ digerat᷑ qđ i eo est

utile chilificationi & añq̃ maturet' eius supfluitas:pp delectationem eius:maximã in cõnaturalitate dulciũ:& sic replet sanguinẽ aquosi tate indigesta:ex q̃ redd:t' aptus ebulitioni & putrefactioni. Et istud etiã intelligendum est de aliis cibis dulcibus in summo: Pro maiori noticia sciẽdum est ꝙ ex usu uini dulcis alioꝝ nutrientiũ dulcium tria timent' nocumenta:& maxime his q ad ea ꝓni sunt. Primũ est fastidiũ ꝓpterea ꝙ dulcia suis caliditate. & humiditate leniũt & ap/ planãt orificiũ stomachi inducẽtia illic dispositionẽ ꝯriã inanitioni & corrugationi q̃ sunt cã famis. Secundũ est uelocitas inflãmatio/ nis eoꝝ:& cõuersionis in colerã. nã res dulces cõuenientissime sunt in gñãtione colere. Et pp hoc mel plus oĩbus rebus generat colerã: qm̃ ipm est dulcius oĩbus rebus:& post ipm uinũ dulce:ut h3 Gal'. in cõ. illius can. iii. parti. regiminis acutoꝝ. Mentẽ leuius ꝑcutit. Et hinc est ꝙ inducit sitim:nec cõuenit febricitãtibus:nec ẽt colericis. ut ibidẽ dicit Gal'. Tertiũ est opilatio epatis & splenis:qa dulcia tra hunt' ab eis cum fece pp magnã delectationẽ quã h3 eis:& maxime epar añq̃ digerat':q̃re illic leuiter inducunt opilatiões:coopante ad hoc substantia grossa:in qua fundat' sapor dulcis ꝭm Aui. ii. cano. trac. i. c. iii. Et hinc est ꝙ uinum dulce minus est urinę ꝓuocatiuũ q̃ alia uina. Et ꝯ ista tria nocumenta summe ualent acetosa:qa appeti tum sua acetositate ꝓuocãt:& sua frigiditate inflãmationẽ ꝓhibẽt: & subtilitate suę substãtię opilatiões apiunt. Notãdũ insup ꝙ licet uina dulcia & alia nutriẽtia dulcia opilent epar & splenẽ:deopilãt tñ ipm pulmonẽ. Et ratio q̃re nõ opilãt pulmonẽ sicut epar & sple/ nẽ est:qa a dulcibus in trãsitu suo ꝑ meri nil nisi subtile ad ipm re/ sudat:& sanguis genitus ex rebus dulcib⁹ ad pulmonẽ uenit iã pu rificatus i epate prius:& corde subtiliatus. Et istud uult Gal'. in cõ. illius can. iii. parti. regiminis acutoꝝ:dulcis potus. Item uina dulcia minus inebriãt ꝭm Ipo. iii. pti. regiminis acutoꝝ:canone illo mentẽ

leuius pcutit q̃ reliqua fortiora uina:ex p̃dictis cõcludi põt q, si bibatur uinũ rõne nutritionis corporis restaurationis & impinguationis.sicut contigit in his q macri sunt:siue nãliter:siue accidẽtaliter: tũc uina dulcia & grossa sufficiẽter colorata. Talia.n.uina sũt sufficienter nutritiua:& depditi restauratiua:& corpoꝝ impinguatiua: unñ cõueniẽtiora sunt ad impinguãdũ corpora macra. Et ꝑ oppositũ si intẽdamus nõ nutritionẽ:nec depditoꝝ restaurationẽ:nec impinguationẽ.ut cõtingit in his q̃ sunt multũ carnosi & pingues:tũc cõpetunt uina subtilia nõ dulcia:sed sapore amicabili:odorifera:ad albedinẽ declinãtia sufficienter fortia eligenda snnt. Si ṽo det̃ uinũ ad sitis extinctionẽ:tũc uinũ albũ subtile debile est eligibilius. tale enim uinũ magis humectat:& infrigidat:& ꝑ ꝯñs melius extinguit sitim:& q̃to sitis est maior:tanto tale uinũ est cõuenientius. Si ṽo uinũ det̃ ad spirituũ cõfortationẽ:& reparationẽ:& uirtutis cõfortationẽ:tunc debet dari uinũ subtile:odoriferũ:saporis delectabilis: mediocris coloris:sufficientis fortitudinis:& tale uinũ debet sumi cũ pauco cibo:& debet esse depuratũ ab utraq; supfluitate:& debet sumi pauca q̃titate. Si ṽo intẽdamus pectoris & pulmonis mũdificationem & uentris laxationem:tũc uina mediocris substantiæ sapore dulcia sunt magis eligibilia.

Si uinum rubeum nimium qñq; bibatur.
Venter stipatur:uox limpida turbificatur.

¶ In hoc passu ponunt̃ duo nocumẽta nimię potationis uini rubei. Primũ ẽ q, nimia bibitio uini rubei cõstipat uẽtrẽ.i.duros facit recessus seu difficulter hr̃e egestionẽ. Cuius cã ꝑm aliquos est:quia tale uinũ rubeũ plus cęteris paribus est calefactiuũ:& magis nutritiuũ. Inquãtũ.n.eius plus est calidũ magis exsiccat:& inquãtũ magis nutritiuũ auidius a nã retinet̃. Põt tñ textus intelligi de nimia potatione uini

rubei stiptici:aut pontici:ex q̃ stipticat̃ & cõstipat̃ uẽter pp stiptici tatẽ & põticitatẽ uini. Circa istud tñ sciendũ est ꝙ si exhibeat̃ uinũ ad stomachi:& uisceꝝ ꝯtentiue fortificationẽ eligemus uina grossa põtica uel stiptica rubea uel nigra:sicut cõtingit in hñtibus fluxum uentris pp debilitatẽ cõtentiue stomachi:& istud uult Ipo.iii.parti. regiminis acutoꝝ.can. illo palmeus qdẽ & niger:& silr Gal. in cõ. illius. Sed si intẽdamus cõfortationẽ digestioni cõpetũt uina subti lia uel mediocria in substãtia & colore boni odoris:& cõueniẽtis sa poris:& sufficiẽtis uigoris aliq̃lis stipticitatis. Secũdũ est exaspatio gutturis:siue raucedo quã inducũt aliq̃ uina intẽse rubedinis pp eo rũ siccitatẽ & terrestreitatẽ. Et istud nocumẽtũ ẽt cõtingit ex uinis rubeis patrię brabãtię pp eoꝝ stipticitatẽ & terrestreitatẽ:& maxĩe qñ multa sunt uina ꝑdicta istud nocumẽtũ ꝯm cõtingit:nõ tñ pri/ mũ:qa mustũ magnę rubedinis solet inducere uẽtris fluxũ pp feces suas terrestres cũ eo mixtas q̃ sui mordicatione mordicãt intestina: ex q̃ mordicatiõe fluxus uẽtris causat̃:& tale uinũ nõ dꝫ bibi mu/ stũ.i.q̃diu fuerit turbidũ:& bulliẽs.qa ex quo ip̃m est mordicãs pp suas feces terrestres:ab eo ẽt eleuat̃ fumus mordicans:q ad cerebrũ ueniẽs sui mordicitate mordicat oculos:atq; rubificat. Et istud ẽt in telligẽdũ est de istis mustis patrię brabãtię siue rubeis:siue albis pp eoꝝ terrestreitatẽ. Cã ãt q̃re iste fumus est mordificatiuus est:qa ui nũ a quo dissoluit̃ est mordificatiuũ. Iam ut dicit Gal̃.i.pti.ampho rismo.in cõ.illius ampho.& qui crescũt:qcq̃d a q̃libet re dissoluit̃ ei: unde dissoluit̃ necesse est ut assimiletur.

Allea:nux:ruta:pira:raphanus:& tiriaca.
Hæc sunt antidotũ cõtra mortale uenenũ

¶ In hoc textu po nunt̃ sex medicinę ualẽtes cõtra uene/ nũ. Prima est alleũ qđ maxime ualet cõtra nocumẽta ꝓuenire solentia ex mala aqua:&

maxime ualet cõtra potũ male aq̃:de quo dicit Serap. in Aggre.c. de eo ꝙ qñ sumit̃ alleũ:& post bibit̃ aq̃ corrupta nõ nocet aq̃ illa po tanti:& idẽ innuit Auic.ii.can.c.de eo:& in.i.c.de cõseruatione iter agentis a nocumẽto diuersaꝝ aq̃ꝝ.Et istud idẽ ẽt opat̃ cepe:ut uult Aui.ii.can.c.de eo:& sic põt cõprehẽdi sub alleo:de eo ẽt dicit Aui. in.i.loco p̃all'. ꝙ cepe ẽ ut tiriaca malaꝝ aquaꝝ:& maxie cũ aceto: qa cepe est subtiliatiuũ incisiuũ abstersiuũ cũ stipticitate & apit for titer.ut uult Aui.ii.ca.c.de eo. Et est calidũ ĩ tertio:q̃re calefacit ma las aq̃s ꝓhibẽs ne sua frigiditate stomacho noceãt:& subtiliat gros sas faciens eas cito penetrare. Et acetũ huic pmixtũ uigorat uirtutẽ eius in subtiliatiõe & penetratiõe aquaꝝ & ꝓhibet a siti quã indu cere solet cepe comestũ.Et eadẽ rõne uerificat̃ de alleo.Et ergo ẽt di cit Aui.in.i.primo loco p̃all'.ꝙ allea comedenda sunt aquas grossas & turbidas:qa subtiliãt eas cito descendere faciũt & ꝓhibent ne sto macho noceãt & intestinis:& ne uenas opilẽt.alleũ p̃terea comestũ añ iter & post hoc:ex melioribus rebus est:& cõueniẽtioribus illis q ueniũt ab aere frigido uel q̃ uadũt ad eũ:ut inuit Aui. ĩ.i.c.de regẽ do iter agentẽ ĩ frigore & cõgelatũ. Et ex isto sequit̃ ꝙ alleũ multũ ualet iter agẽtibus:& p diuersas terras euntibus potibus utentibus: iuxta illud metricũ:allea q mane ieiuno sumpserit ore:Hunc igno taꝝ nõ ledit potus aquaꝝ:Nec diuersoꝝ mutatio facta locoꝝ. Valet p̃terea alleũ ad pũcturã uermiũ uenenosoꝝ & morsum serpẽtũ qñ bibit̃ cũ uino:q̃d Aui.ii.can.c.de eo se dicit fuisse exptũ:& cõfert ẽt morsui canis rabiosi:& qñ fit emplastrũ ex alleo & foliis ficus & ci mino sup morsum migalis confert.ut ibidẽ dicit Aui. Cepe v̓o ŝm Auic.ii.can.c.de eo:cõfert etiã morsui canis rabiosi cũ linitur super ip̃m aqua eius:aut emplastrat̃ ex eo cum sale & ruta:& cepe q̃d co medit̃ expellit nocumẽtũ uentositatis uenenosoꝝ:Et dixerunt qdã ꝙ ip̃m generat in stomacho humorẽ humidũ plurimũ frãgentẽ no

cumẽtũ uenenoſoꝶ:notandũ eſt circa iſtud ꝙ alleũ & cepe:& ſilr ẽt porrũ uia cibi nõ cõpetũt tẽpatis corpibus:nec calidis:& ſpãlr cru/ da:paꝶ.n.nutriũt:& male nutriũt:generãt ſanguinẽ acutũ & pũgi tiuũ:groſſos humores tñ ſubtiliãt:& uiſcoſos incidũt:& poſtq̃ de/ cocta ſunt:pdũt pungitiuitatẽ:& adhuc remanet uirtus inciſiua & ſubtiliatiua:uñ magis cocta cõpetũt q̃ cruda.Porri.n.ſunt calidi & ſicci:& dãt corpi alimẽtũ illaudabile & oculis nocẽt:& generãt ſan/ guinẽ nigrũ melancolicũ:& ſomnia terribilia:& neruos ledũt rõne pũgitiuitatis eoꝶ:nocẽt dẽtibus & gingiuis:& nullus colericus:nec melancolicus eis utat̃:& ſpãlr crudis.Cepe calide ſunt:& hñt humi ditatẽ ſupfluã terreſtrẽ cũ humiditate aquoſa ſubtili indigeſta:Si comedant̃ cruda generãt in ſtomacho malos humores & putrefacti biles & corruptibiles:& inducũt ſomnia mala & terribilia & dolo/ rẽ capitis:& nimius uſus eaꝶ diſponit hoĩem ad memoriã depden dã:& pturbat intellectũ:& pducit ad dementiã.ſed ſi comedant̃ co cte cũ aq̃ laudabiliũ carniũ laudabilr iuuãt digeſtionẽ:& minuunt̃ eaꝶ nocumẽta:& tẽpant cibaria frigida cũ qbus decoquũt̃:ſed me lius eſt eis nõ uti.Allea calida ſunt & declinãt ad aliq̃lẽ humiditatẽ: ſed minus q̃ cepe:ualent ꝯ uentoſitatẽ:& ualẽt in tuſſi:& bñ ſcreare faciũt:ſed nocẽt uiſui & dolorẽ capitis inducũt:& ſunt tiriaca ruſti coꝶ:Et ſic p̃dicta ſolũ cõueniunt his q fleumaticũ aut groſſum ui/ ſcoſum humorẽ habuerit.Colerici v̂o a p̃dictis abſtineãt.Secũda ẽ nux de qua dicit Aui.ii.can.c.de ea ꝙ ipſa cũ ficubus & ruta ẽ me dicina oĩbus uenenis:& ex ea cũ cepe & ſale fit emplaſtrũ ſup mor ſum canis rabioſi.Et iſtud maxime ĩtelligit̃ de nuce ſicca ante cibũ ſumpta mõ p̃dicto. Et circa iſtud ulterius ſciendũ eſt ꝙ nuces ſiccę peiores ſunt recẽtibus & humidis:quia ſiccę magis unctuoſę ſunt: rõne cuius in colerã cõuertunt̃:& inducũt capitis dolorẽ:& oculos turbãt:& uertiginẽ generãt:& ſpecialr ſumpte poſt cibũ & linguæ

paralisim inducũt:uomitũ ꝓuocãt:& uesicas in ore faciũt. Et hñtes stomachũ colericũ maxime debẽt euitare nuces siccas: & q̃to antiquiores tãto peiores sunt. Recẽtes aũt minus male sunt:qa nõ sunt tãte unctuositatis:& ideo nõ generãt dolorẽ capitis:aut uertiginẽ:& siĺia sicut siccę:& rõne humiditatis lubrificãtis laxãt uẽtrẽ:& si aliquãtulũ torreant̃:& comedant̃ post cibũ:cõprimunt cibũ sumptũ. Et sic p3 ꝙ nuces recẽtes sũt magis cõueniẽtes corpib⁹ sanis q̃ siccę. Tertia est ruta de qua dicit Auic.ii.can.c.de ea qua resistit uenenis: & postea subiũgit. Et q̃ sibi timet ne in potu sumat uenenũ & pũgi a uenenosis bibat de semine eius põdus dragme unius cũ foliis suis cũ uino:& ꝓprie si bibit̃ cũ nuce & bolo oĩbus cõtritis & cõmixtis. Et dicit Arist. in lib. de aĩalibus ꝙ cũ mustela uult pugnare cũ serpẽte:siue cũ bufone:ipsa comedit rutã:ut iterficiat eũ:qa odor rute est inimicus ueneno:uñ comestio rute cũ ficubus & amigdalis dulcibus in mane p̃seruat a ueneno. Notandũ circa istud ꝙ duplex est ruta q̃dã domestica & alia siluestris. Domestica melior siluestri est: qa siluestris & maxime sicca.calida & sicca est in quarto gradu.q̃re plurimũ sumere de ea est ꝑniciosum. Domestica ṽo humida:calida & sicca est in secũdo gradu. Sicca ṽo in tertio:& est incisiua:resolutiua:carminatiua uentositũ:& istud maxime cõuenit siccę: Nã dicit Scrap.c.de ea.ꝙ est de rebus magis cõferẽtibus inflationibus.i.uẽtositatibus:sed in humida est inflatio. Itẽ ruta uehemẽter acuit uisum:& ꝓprie succus eius cum succo feniculi:& melle collirio facto ex ea aut comesta.ut dicit Aui.ii.can.c.de ea. Quia tñ in succo rute q̃dã est bauracitas nocẽs oculo:iõ ruta põt applicari oculo uẽtilando:ita ꝙ solũ uapor siue fumalis euaporatio eius:& nõ substãtia ruta ad substãtię oculi ptingat. Quarta est pira de qbus di. Aui.ii: can.c.de eis.ꝙ sunt cura fungoꝝ mortificãtiũ. Et qñ quoquunt̃ isti fũgi cũ piris minorat̃ nocumẽtũ ipsoꝝ. Vel põt iste tex.ṽificari d:

piris aromaticis q̃ sui aromaticitate spũs cõfortarẽt:& sic nocumẽ/
tũ ueneni repellerẽt. Quinta ẽ raphanus de quo dicit Aui.ii.can.c.
de eo. ꝙ cõfert morsui uipe:& cũ uino morsui cornute ẽt: Et semen
eius cõfert uenenis & uermibus uenenosis. Et si ponat̃ fructus eius
sup scorpionẽ moritur:& aq̃ eius est expta in hoc:& est fortior. Et si
momorderit aliquẽ scorpio q raphanũ comederit nõ nocebit ei. Et si
cõfert ẽt ꝓuocationi q̃ fit a fungis mortiferis. Vel põt dici ꝙ rapha
nus ualet ꝯ uenenũ:qa ꝓuocatiuus est uomitus:& sic p uomitũ sto/
machus purgat̃ a malis humoribus si q in eo sint. Et circa istud sciẽ
dũ ẽ de raphano & radice q̃ sũt ꝓpinq̃ i cõplexiõe ꝙ nocẽt corpib⁹
colericis:generãt.n.sanguinẽ acutũ & pũgitiuũ. Et raphanus ẽ ma
lus stomacho faciẽs eructuare:& generat homorẽ grossum:& si di/
gestiua sit debilia generat humorẽ crudũ:hꝫ tñ uirtutẽ subtiliatiuã:
& incisiuã:qdã aũt comedunt radicẽ & raphanũ post alios cibos ad
cõfortãdũ digestionẽ.de quo admirat̃ Gal̃. Vñ ueꝝ est qđ expiẽtia
docet. Et dicũt sapiẽtes medici q, si comedant̃ post aliũ cibũ iuuant
ad digestionẽ:& descẽsum eius:& uẽtrẽ laxãt. Sed si comedant̃ añ
aliũ cibũ impellunt̃ ad supiora:& uomitũ inducũt. Bonũ est aũt ꝙ
comedant̃ cũ aceto & sale post alios cibos:& in modica quantitate.
Veꝝ est tñ ꝙ oculis nocẽt & capiti. Ra. ṽo in Almã.di.ꝙ raphanus
lõgã faciẽdo morã i stomacho incidit fleuma. Cuius folia cibũ dige
rũt:& appetitiuã adiuuãt qñ paꝝ sumit̃ de eis. Sexta est tiriaca q̃ a
toto gñe ualet ꝯ uenenũ.& ideo ualet tã rõnabilibus q̃ brutis ꝯ uene
nũ tã frigidũ q̃ calidũ. Et sub tiriaca põt cõphẽdi metridatũ qđ sil̃e
opat̃. De tiriaca.n.di. Aui.vi.in tra.iii.c.i. Scias qđ canõ maximus
in curatiõe ueneni est cõfortatio caloris inati:& exercitatio ipm ex/
pellẽdũ sicut facit tiriaca. De tiriaca ṽo & metridato sil̃r di. Aui.vi.i
tra.i.c.de medicinis cõib⁹ ad uenena sũt mediciæ q̃ ꝯrię sũt ueneno:
q̃re nõ pmittũt ipm ꝑuenire ad cor:& sũt sicut tiriaca & metridatũ.

¶ In hoc textu no/tantur q̃ttuor docu mẽta circa electio/ nẽ aeris habitabilis:

Aer sit mundus habitabilis ac luminosus
Nec sit infectus nec olens fetore cloace.

Q uoꝶ primũ est ꝙ hõ d3 eligere aerẽ mũdũ.i. nõ infectũ uaporib⁹ qa aer imũdus alterat cor ꝑm cõplexionẽ illius qđ sibi cõmiscet̃:inuit Haly.in tegni i cõ.illius can. Oĩa hoc.n.&c. Secundũ est ꝙ hõ d3 eligere aerẽ luminosũ:aer.n.turbidus inducit in corpore tristiciã & pigriciẽ:qa aer turbatus cõmiscet humores: & turbidus ad cor ꝑuenit:q̃re ex ipso & humorib⁹ grossi & turbidi generant̃ spũs animã tristificãtes & pigriciẽ inducẽtes. Nihil est ergo quod magis iocũdũ facit hominẽ atq3 minus grauẽ quã in claro aere ambulare uel mane surgere. Tertiũ est ꝙ hõ d3 uitare aerẽ infectũ:cuiusmodi est aer in quo fiũt strages.cõiter.n.in locis in qbus ꝓcessit maxima hominũ interfectio sequit̃ pestis:& in locis uicinis aer.n.infectus qñ inspirat inficit spũs in nr̃o corꝑe. Q uartũ est ꝙ hõ d3 uitare fetorẽ cloace.Et ꝑ hoc inuunt̃ infectiones particulares aeris. Cuiusmodi est infectio aeris latrinaꝶ uel foueaꝶ coqne uel locoꝶ in qbus proiiciunt̃ cadauera mortua & ossa mortuoꝶ:& aeris uicini aq̃ in qua putrescit linũ uel canapus:aer.n.taliter infectus inficit spũs nr̃i corꝑis & maxĩe cerebro nocet. Et hinc ẽ qđ dicit Aui. .ii.in doc.ii.c.ii.Et aer qdẽ dum est tẽpatus & clarus:neq3 substãtia extranea cõplexioni spũs ꝯria ei admiscet̃ est sanitatẽ efficiẽs:& ipsam cõseruans:& cũ mutat̃ ꝯriũ sue opationis opat̃.Et pro maiori declaratiõe ꝑdictoꝶ sciẽdũ est ꝙ aer necessarius est in regimine sanitatis dupl̃r.Primo qdẽ ꝑꝑ refrigerationẽ cordis.Secundo ꝑꝑ expulsionẽ fumosaꝶ supfluitatũ tribulantiũ spiritũ & calorẽ innatũ: sicut.n.in exterioribus nos uidemus qđ ignis sine euentatione aeris suffocat̃ & extinguit̃:sic ẽt imaginari debemus qđ spũs & calor innatus indigẽt aere ipm̃ nutriente cõseruãte & obtẽpante. Obtẽpa/

tio igit caloris inati fit p aeris attractioné:& eius deputatio fit per aeris expulsioné:primũ qdé fit p motũ attractionis:& secundũ per motũ expulsionis:si igit aer attractus sit fetidus & impurus corrũ/pit calor & spũs inatus:aer igit dꝫ esse bonę substãtię cui nó admi/scetur aliqd ex uaporibus:nec fumositate extranea:nó.n.dꝫ esse aer turbidus:nec nebulosus:nec malis uaporibus admixtus:hic.n.aer humoris cõturbat:& animũ cõtristat ut dictũ est.Et dꝫ esse discoop tus cęlo:& nó inter parietes & tecta constrictus:& ut sit ad unũ di/cere:maxime euitãdus est aer inclusus & nó euẽtatus. Verꝫ est tñ ꝙ tpe epidimie in quo accidit aeris putrefactio cõis:eligendus est aer inclusus. Vñ tpibus illis bonũ est manere in domibus:& tenere fe/nestras clausas ne aer putrefactus ingrediat:sed alius aer discoop/tus melior existit. Euitãdus est pterea in regimine sanitatis:aer cui miscentur uapores lacuũ & ꝓfunditatũ aquã putridã continentiũ: & olerꝫ taliũ q̃lia sunt caules & eruca & silia:& arborꝫ uiscositatum malarꝫ:q̃les sunt ficus & nuces. Amplius eligẽdus est aer i quo suf/flãt uẽti ex terra alta uel eq̃li.Et multũ ẽt sollicitare debemus ꝙ aer nó excedat in aliq̃ q̃litatũ primarꝫ.s.caliditate:frigiditate:humidi/tate:& siccitate.Quod si forsan cõtigerit.obtẽpet per arté.quantũ possibile est.Et ista colligunt ab Aui.ii.i.doc.ii.c.diuersis.

Si tibi serotina:noceat potatio uini
Hora matutina rebibas:& erit medicina:

¶ In hoc textu po/nit unũ documẽtũ & est ꝙ si qs male ualuerit ex sũptióe uini de nocte:siue tpe serotino:talis i crastino debet iterato sumere uinũ. Vñ potatio uini nocturna pót iducere ebrietaté:siue sitim ma tutinã:uel pót inducere sup calefactioné corporis:si ṽo inducat sup calefactioné corpis:tũc maximus error est de mane iterꝫ sumere ui nũ:qa est addere igné igni:si ṽo hó incurrat ebrietaté cũ aliq̃li nau/

sea:tūc de mane bonū est sumere uinū:qa ex sumptione uini de facili tūc ꝑuocatᷣ uomitus:ex quo sequitᷣ mundificatio stomachi:qua mūdificatione facta:de facili cessat nocumētū ebrietatis & nausea. Et ꝑꝑ hoc cōsulit Ipo.semel ī mēse inebriari.ut ex ebrietate ꝑuocetᷣ uomitus:q est maxīe ꝑseruatiuus ab ęgritudinibus cronicis.i.lōgis & malis:si ēt ex potatiōe uini nocturna ledatᷣ aliqs:& hoc ꝑꝑ incōsuetudinē potādi uinū:tūc de mane pōt cōcedi uinū ut assuescat:& sic min⁹ leditᷣ a sūptiōe uini.A ꝯsueto.n.mior fit lesio.ut uult Ipo.ii. Amphorismoꝝ:ibi.Ex multo tꝑe cōsueta &c. Si vͦo ex potatiōe uini nocturna sequatᷣ sitis matutina illa est mendosa q̄ curatᷣ potione uini:magis tn̄ sedatᷣ potatiōe aq̄.Et qa iā dictū est de lesione & sumptione uini. Sciēdū est q̄ hō debilis cerebri & ēt cuiuscūq; alterius cōditionis sūmopꝭ cauere dꝫ a frequenti ebrietate.Frequēs ebrietas ꝑm Aui.in.i.c.de regimine aq̄:& uini inducit sex incōmoda in corpore humano:quoꝝ. Primū est corruptio cōplexionis epatis:qa uinū suꝑflue bibitū ad epar ueniēs:uel suꝑflue resoluit calorē ipsius:uñ amittit uirtutē sanguificā:& loco sanguinis generat aquositates efficiētes ydropisim uel incēdit epar & humores eius:uñ generatᷣ lepra uel mania. Secundū est corruptio cōplexionis cerebri ꝑꝑ assiduā eleuationē fumoꝝ uini ad ip̄m disponētiū calidū cerebrū manię & frenesi:& frigidum epilensiæ litargiæ appoplexiæ & subeth. Tertiū est debilitas neruoꝝ:uidemus.n.bibulos inebriari solitos tremere caput & mēbra:nō solū ī senio:sed ēt in senecture & iuuētute qn̄q;. Quartū est ęgritudines neruoꝝ:sicut spasmus & paralisis:qa uinū suꝑflue acceptū sępe in stomacho acetū efficitᷣ:q̄d ualde nocet neruis.Sępe quoq; cōuertitᷣ ex defectu digestionis in aquositates indigestas quæ neruos remolliūt.Et sępe ducit humores grossos ad neruos:qbus distenduntᷣ uel ꝯhuntᷣ.Quintū est appoplexia ꝑꝑ humiditates cerebri multiplicatas a uino:ita ut totalr̄ opilent uias spi

rituũ animaliũ a cerebro in mẽbra. Sextũ eſt mors ſubitanea dũ.ſ. ſtertẽdo & dormiẽdo uiæ anhelitus multitudine uini uel humiditatũ ex eo generatarum̃ clauduntᷣ: & ebrius ſuffocatᷣ. Et licet uinũ imo/derate ſumptũ pdicta inducat nocumẽta: moderate tñ ſũptũ multa ĩducit iuuamẽta. Tãgit.n. Aui.c. pall. qnq; eius iuuamẽta. Primũ eſt ꝙ eſt bonus cibi penetrator in toto corpore.i. facilẽ efficit penetra/tionẽ cibi: cui ĩmiſcetᷣ ad oĩa mẽbra ſui caloris ſubtilitate & conue/nientia in ꝓprietate occulta. Secundũ eſt ꝙ incidit ĩ fleuma. & hoc ſuis calore & ſubtilitate ſubſtãtiæ: reſoluit ipm̃ coaptãdo expulſioni uias apiẽdo: & naturã cõfortãdo ad expulſionẽ. Tertiũ eſt ꝙ incidit colerã rubeã ĩ urina & alijs euacuationibus: ut ſudore egeſtiõe: & reſolutiõe inſenſibili. Et iſtud intelligẽdũ eſt de uino ſubtili ſubrubeo uel albo: qđ uel debile ſit ex nã ſui uel fortiter limphatũ. Alioqn multiplicaret colerã ꝑ cõuerſionẽ ipſius in eã: & ſupcalefactionẽ epatis ab eo. Quartũ eſt ꝙ facit melancoliã: quę groſſa eſt: & tardi motus faciliter labi ꝑ cãnales ꝓprios ab epate ad ſplenẽ: & a ſplene ad os ſtomachi: & tandẽ a corpore cũ fecibus exire: & flectit ſeu reprimit nocumẽtũ melãcolię ꝑꝑ ꝯrietatẽ in cõplexiõe & mõ ſubſtãtię & in effectibus. Nã melãcolia triſticiã puſillanimitatẽ & auariciã parit. Vinũ vͦo gaudiũ: audaciã: magnanimitatẽ: & liberalitatẽ. Quintũ eſt ꝙ reſoluit oẽs modos ſeu ſpẽs latitudinis: niſi multa q̃litas extranea fuerit eis ſociata: qa uinũ reſolutos ſpũs abunde reparat: uirtutẽ cõfortat: humiditates relictas ĩ muſculis: neruis: cordis: & iuncturis tollit: aut minuit. Et ſi fuerit opus humectatione ut in laſſitudine arefactiua uinũ uelociter humectat dũmõ limphetᷣ. Pręter hęc aũt iuuamenta plurima alia inducit. Omniũ.n. uelociter & ſubito nu/trientiũ eſt uinũ calorẽ & ſpiritũ naturalẽ cõfortat: & totũ corpus calefacit: ingeniũ clarificat: irã cõpeſcit: triſticiã remouet: libidinem incitat: & ſuper oẽs potus. ſemicrudos humores digerit. Et ut ſit ad

unũ dicere. Vinũ reddit hoiem uirilẽ & ſm aiam & ſm corpus:uñ cęteris parib⁹ nõ bibẽtes uinũ ſũt effeminati reſpectu bibẽtiũ uinũ.

¶ Hic primo po/nit̃ unũ documẽtũ de uino:& eſt ꝙ ui/nũ melius meliores generat humores & cã eſt: qa q̃to maſſa

Gignit & humores:melius uinũ meliores.
Si fuerit nigrũ:corpus reddet tibi pigrum
Vinũ ſit clarũq; uetus ſubtile maturũ
Ac bene limphatũ ſaliẽs moderamine ſũptũ

humoꝝ eſt melior:tanto humores ex ea geniti meliores eſſe debent. Deinde ſubdit̃ ꝙ uinũ nigrũ inducit pigriciã in corpe. Et cã eſt:qa uinũ nigrum groſſius & terreſtrius eſt.reliqs ergo ſpũs ab eo geniti groſſi ſunt.Iuxta aliã auctoritatẽ Gaľ. prius al. Quicqd de aliq̃ re diſſoluit̃ ei:unde diſſoluit̃ neceſſe eſt.ut aſſimilet̃ :ſpũs aũt groſſi faciũt corpus graue ſiue pigrũ.Deinde ponunt̃ .vij.documenta circa electionẽ uini. Primũ eſt ꝙ dʒ eligi uinũ clarũ:tale.n.qa ſubtile eſt ſpũs ſubtiles & claros generat.Secundũ eſt ꝙ dʒ eſſe uetus id eſt nõ nouũ:nouũ.n.uinũ ſiue muſtũ cęteris parib⁹ facili⁹ inebriat:fluxũ uẽtris ꝓuocat:atq; colicã ĩducit & cetera accidẽtia:poſterius dicẽda ibi.Impedit urinã:nec eſt intelligendũ ꝙ uinũ oĩno dʒ eſſe uetus:tale.n. ſm Aui.in.i.c.de regimine aquę & uini:eſt q̃ſi medicina:& nõ ſicut potus.i.magis ineſt ei uirtus alternatiua corporis ad caliditatẽ & ſiccitatẽ q̃ uirtus alterabilitatis a corpore ꝑ opus nutritiõis & eſt pauci nutrimenti: qa eſt ſpoliatũ a fece:& a uiriditate quã ꝓhabuit & pene ignem factũ:ꝑꝑ qđ in Aggre.ſcribit̃ .c.de uitæ:auctoritate Gaľ.ꝙ eſt calidũ & ſiccũ in tertio gradu. Tertiũ eſt ꝙ uinũ dʒ eſſe ſubtile. Subtile.n.uinũ multos ſpũs ꝓcreat:atq; ſubtiles:groſſum autẽ groſſos.Quartũ eſt ꝙ uinũ debet eſſe maturũ & nõ ſtipticũ. Vinũ.n.ſtipticum abſcindit oẽs ſpecies euacuationis:ut uult Gaľ. in cõ.illius cano.iii.particu.regiminis acutoꝝ. Sciendum etiã &c.

Et ergo nocet corpibus ĩdigẽtibus euacuatiõe p urinã:& oĩbus mẽ
bris supioribus:ut ibidẽ ẽt dicit Gal. Verũ est tñ q uinũ stipticũ cõ
ueniẽs est infirmitatib⁹accidẽtib⁹ in intestinis:ut ibidẽ di.Gal.& ẽt
supius dictũ est:remouet tñ stipticitas a uino p multã cõmixtionẽ
aq̃:ut ibidẽ ẽt uult Gal. Quintũ est q uinũ dꝫ esse limphatũ:qa p
hoc remittit uinũ a sua fumositate:& sic minus inebriat.Et istud est
uerũ de uino subtili. Vinũ tñ grossum si limphet citius inebriat:qa p
hoc subtiliat:& magis fumosũ efficit.Et de isto uino ĩtellexit Aui.
qñ di.i.c.de regimine aq̃ & uini q uinũ limphatũ citius inebriat q̃
uinũ purũ.Sextũ est q uinũ dꝫ esse saliẽs cũ ppinat:& est de cõdi-
tionibus boni uini prius dictis.Septimũ est sũptũ ex cõditiõe bibẽ
tis & nõ uini:& est q uinũ dꝫ tẽpate sumi:qa tẽpate sumptũ acuit
ingeniũ:& inducit iuuamẽta prius narrata. Ex p̃dictis oĩbus cõclu
di põt q uinũ eligibilius & melius ĩ sanitatis regimine est uinũ me
stionis. Sciēdū est insup q pisces recētes corpus humectāt:& lac & sperma multiplicāt & multū cōpetūt colericis:& nō sūt comedēdi pisces post forte exercitiū uel fortē laborē:qa tūc de facili in stoma cho corrūpunt:& caueant ab usu pisciū hñtes stomachū debilē uel malis humoribus plenū. Amplius sciendū q pisces grossi semisalsi meliores sunt q̄ recentes pisces:& saliti multi tēporis nō sunt boni. Item nō sunt comedendi pisces & carnes simul:nec pisces & lactici nia:nec sunt comedendi pisces post alios cibos. Item pisces lauda/ biles parū saliti:& in pauca quantitate sumpti reuocant appetitū: & ipm corroborant si quis habuerit appetitū ad eos.

Vocibus anguillę prauę sunt si comedant.
Qui physicā non ignorant hęc testificant.
Caseus anguilla nimis obsunt si comedant
Ni tu sępe bibas & rebibendo bibas

¶Hic autor subdit qđ anguilla ē piscis insanus maxime no cens uocib⁹: & hoc pbat sermone medi coꝝ & nālē phiam studentiū:& rō est:qa anguilla est piscis limosus:uiscosus:& maxīe oppilatiuus:& multū deficit a cōditionib⁹ boni piscis prius narra/ tis in parte pcedēti.& qđ dictū est de anguilla ēt intelligendū est de lāpreda:licet lāprede parue laudabiliores sūt anguillis: & minus pe riculose cū nō sint tante uiscositatis & grossiciei sicut anguillę:ut pa tet ad sensum. Vñ salua reuerētia utentiū isti pisces sunt ualde peri culosi q̄uis ori sunt saporosi. Hoꝝ.n.pisciū in aq̄ siľis est generatio gnātioni serpentū in terra:uñ multū dubitādū est:qđ nō sint uene nosi:uñ eoꝝ capita & cauda in qbus uenenū cōsueuit esse:& siľr in/ terior spina:nullo mō sunt edēda.bonū est ēt pp eaꝝ uiscositatē qđ submergant in uino optimo uiue & dimittant ibi quousq mortue sint:& deind pparent cū galentina optimaꝝ spēꝝ fm qđ coci ma/ gnoꝝ dñoꝝ facere cōsueuerūt.bonū est tñ qđ ebuliant primo dua/

bus ebulitióib⁹ ī uino & aq̃:& illa abiecta decoquant̃ ad pfectionē: & fiat galētina uel pastillatura:uel assatura cū salsamēto appropria to:uidelꝫ cū salsa uiridi cū fortibus spēbus:& uino in hyeme:& cū debilibus spēbus:& agresta:& aceto ī ęstate.Cómodosius tñ est ma neriē huiusmodi pisciū dimittere. Deinde subdit tex. qđ caseus & anguilla multū nocēt si comedant̃:& istud ītelligēdū est:si ī magna q̃titate sumant̃:quoꝝ causę dictę sūt de caseo ibi.Persica poma:& de anguilla nūc dicta ē cā.postea dicit tex.qđ si ista sum unt̃ cū fre/ quēti potatiōe uini malicia coꝝ corrigit̃.Et istud nō dꝫ intelligi de uino subtili & penetratiuo:nec de uino qđ dat̃ uia potus cōduct:ui q̄a tale nó dꝫ dari sup cibū gnātiuū mali humoris qñ comedit̃:nec añ ip̄m:nec postq̄ fuerit digestus:ut uult Aui.in,i.c.de regimine aq̃ & uini:qa tale uinū magnū nocumētū induceret.penetrare.n.face ret humorē malū:ex hoc cibo genitū usqꝫ ad extrema corporis qui forte nō sufficeret penetrare sine uini auxilio & cóductu:sed intelli gendū est istud de uino forti nō multū penetratiuo:sępe & ī parua q̃titate dato gr̃a pmixtiōis ciboꝝ.Tale.n.corrigit maliciā ciboꝝ:cō fortat digestionē:& digerit fleumaticos humores & frigidos:q̃re iu uat ad digestionem casei & anguillę:quæ male digestionis sunt.

Inter prandendū sit sępe parūqꝫ bibendum
Si sumas ouum:molle sit atqꝫ nouum.

¶ Hic autor tangit duo ducumēta:quo rū primū est :qđ co medens in prandio uel cena dꝫ uicissim comedere & bibere multiplicādo uices bibitio nis:sed pro q̄libet uice parū potus sumere:& facere non dꝫ quēad/ modū bruta:q̄ totū cibū capiūt:& postea bibūt:qa si potus melius cibo pmiscet̃:& cibus exinde reddit̃ remollitus:& digestionis ca/ pacior. Et circa istud est sciendū qđ triplex est potus.s.pmixtiuus: delatiuus:& sitis sedatiuus.Istud aūt qđ dictū est:intelligēdū est de

potu pmixtióe ciboꝝ:iste .i.potus debet uicissim recipi cũ cibo:& saluo meliori iudicio nõ debet iste potus differri usq; ad finẽ comestionis:nec debet expectari sitis.Et iste potus maxime cõpetit:qñ sumunť cibaria actualr̃ sicca uel uirtualr̃:sicut p; in laborãtibus comedẽtibus panem siccũ. Sed potus sitis sedatiuus regulariter & in hoĩbus bñ dispositis debet differri usq; ad finẽ comestióis:tũc.n.est uera sitis pp estuationẽ cibi calidi & sicci.Nõ.n.multũ rõnabile est ꝙ simul urgeat sitis & fames:qa sunt appetitus ꝯrioꝝ.Et debet iste potus dari ẜm plus & minus ẜm ꝙ maior uel minor est sitis. Potus ꝟo delatiuus maxime cõpetit cõpleta prima digestióe regulariter: & parũ añ horã suscipiendi aliũ cibũ sequentẽ.Et talis potus spãlr̃ cõpetit qñ cibaria primitus sumpta fuerint grossa in substãtia:nec debet expectari sitis ad talẽ potũ suscipiendũ.nã talis potus pparat stomachũ ad suscipiendũ cibũ sequẽtẽ:& iuuat trãsitũ cibi ad epar a stomacho:nec debet talis potus esse magnę q̃titatis:ut cito possit digeri.Ante.n.eius digestionẽ nõ trãsit ad epar. Et istud ueꝝ est nisi talis potus delatiuus fuerit aqua:in qua nõ oportet expectare digestionẽ añ penetrationẽ eius ad epar.Regulariter aũt potus ꝯueniẽs delatiuus:aut ẽt pmixtiuus nõ debet esse aq̃:sed uinũ uel aliqd proporrionabile uino.puta ceruisia uel cerasiaꝝ uel pomeriũ uel mellicratũ uel aliqđ silr̃ qbus oĩbus uinũ ẽ melius.Sciẽdũ secũdo ꝙ q̃to cibus est grossior & siccior & frigidior:tãto potus pmixtus & delatiuus debet esse maior:& ecõuerso quãto cibus est calidior subtilior & humidior:tanto potus delatiuus & pmixtiuus debet esse minor: Et quãto cibus est grossior & frigidior & digestioni inobedientior: tanto uinũ permixtiuũ uel delatiuũ debet esse subtilius & fortius: Et q̃to cibus est subtilior calidior & digestibilior:potus debet esse debilior:uel uinum debilius. Vnde fortius uinũ bibẽdũ est tam cũ carnibus bouinis q̃ pullinis:& fortius bibendum est cum piscibus

q̃ carnibus regulariter. Secundũ documẽtũ est ꝙ sumẽs ouũ debet ipsum sumere qñ est molle & nouũ:cuius cã dicta est supra.

¶ Hic ponitͬ unũ notabile documẽtũ de piscis:& ē ꝙ pisa aliquo modo laudantͬ: & aliquo mõ uituperantͬ.

Pisam laudare decreuimus ac reprobare
Pellibus ablatis est bona pisa satis
Est inflatiua cum pellibus atq; nociua.

Laudantͬ.n.qñ comeduntͬ ablatis corticibus. Vitupantͬ vͦo qñ comeduntͬ cũ corticibus & pellibus:qa tunc sunt inflatiua. Et ergo nõ est artificiale ea comedere simul cũ cortice:qa medullaꝝ & corticũ naturę discordãt. Alteꝝ.n.laborat ut soluat & exat:alteꝝ obuiat ut cõstringat:ut dicit Isaac in dietis uľibus:q̃re ĩ corpore fit motus agitatiuus inducẽs torturã & inflationẽ. Et istud nedũ ueritatẽ hẽt de piscis:uerũ ẽt de oĩbus leguminibus:sicut fabis:faceolis:lentulis & siľibus. Et spãľr de hñtibus multũ corticẽ sicut fabe & cicera nigra. Cortex ẽt in oĩbus est peioris nutrimenti quã medulla. Et circa istud est sciẽdũ ꝙ est una maneries pisoꝝ alboꝝ rotũdoꝝ hñtiũ corticẽ exteriorẽ ualde paucũ & subtilẽ:& ista pisa securius pñt comedi cũ cortice q̃ alia:q̃uis melius sit ꝙ depurentͬ a cortice. Et qa dictũ p̃cedẽs ueritatẽ hꝫ de oĩbus leguminibus. Sciendũ est ꝙ legumina recentia minus hñt de cortice:& in eis minor diuersitas est inter corticẽ & medullã:& facilius digeruntͬ. Et ideo dicũt aliq ꝙ magis cõpetũt corporibus sanis:sed nõ est ita qa legumina recentia sunt plurimaꝝ supfluitatũ & corruptibilioris substãtię:q̃re minus ꝯueniũt corporibus sanis. Et ideo pro ueritate tenendũ est ꝙ legumina sicca depilata a cortice exteriori sunt saniora quã recẽtia nõ depilata:sed uiridia sunt saniora siccis nõ depilatis. Sciẽdũ ulterius ꝙ qa omniũ leguminũ substãtia est inflatiua & difficilis digestionis:& eoꝝ nutrimẽtũ malũ nõ cõpetit ĩ regimine sanitatis:sed brodiũ siue deco/

ctio ipsoꝝ couenies est:qa eoꝝ decoctio uentris est subductiua.i.laxatiua:urinę ꝓuocatiua:& uenaꝝ deopilatiua:uñ satis couenit tpibus in qbus hoies utunt̄ cibis grossis & opilatiuis:puta tpe ieiunioꝝ. In isto.n.brodio siue in ista decoctione couenieter facta no sunt nocumenta q̄ sunt in substãtia:uñ in ea no est inflatio:nec difficultas nutritiois & digestiois:nec malicia nutrimeti. Fit aũt ista decoctio per istũ modũ.In sero.n.ponunt̄ cicera uel pisa in aq̄ feruenti:& in eadē lógo tpe manibus cofricant̄.Deinde ꝑdicta aq̄ tota nocte temperet̄:& in eadē sequenti nocte buliãt duabus uel tribus bulitionibus:& postea colet̄ & colat̄a reseruet̄:& appropinquãte hora refectionis ꝑparet̄ cũ cynnamomo & croco:& aliquãtulũ uinũ addat̄: & deinde unico feruore bulliat & spumet̄ in principio refectionis: Et brodium seu purenta cicerũ & pisoꝝ rotũdoꝝ alboꝝ est melius & couenientius:& naturę amicabilius:& silr̄ eoꝝ substãtia.

Lac ethicis sanũ caprinũ post camelinum.
Ac nutritiuum plus omnibus est asininum.
Plus nutritiuum uaccinum sic & ouinum
Si febriat caput & doleat no est bene sanũ

¶Hic ponunt̄ q̄dã documẽta circa electionē lactis.Primũ est q̄ lac caprinũ est sanũ ethicis.i. cosũptis & maceratis uel hñtibus febrē ethicã.Et istud uult Aui.ii.can.c.de lacte dicens.Lac caprinũ & lac asininũ sunt bona ethice.Et idē uult.iiij.trac.in.c.de rememoratioe medicinaꝝ humectãtiũ ethicos.Et ro ēt est:qa lac caprinũ est tēpatũ ꝑm Auic.ii.can.c.de lacte.& etiã multi nutrimēti: ut uult hic tex.Et post istud lac ualet camelinũ. Istud.n.subtilem ē multę aquositatis & humiditatis:q̄re pot humectare eos:uerũ est tñ q̄ istud lac pp suã nimiã humiditatē parũ nutrit:q̄re minus eis couenit quã caprinum:istud tñ lac camelaꝝ & maxime nouiter fetaꝝ cofert ydropisi ualde & patiētibus dolorē in epate:& renouat epar

ꝭm Aui.ii.can.c.de lacte. Secũdũ documẽtũ est ꝙ lac asininũ plus cęteris lactibus ethicis cõuenit. Et istud uerꝫ est cõparãdo lac asininũ ad lac alioꝝ brutoꝝ: qa lac asine declinat ad frigiditatẽ & humiditatẽ: & est subtilius: & citius penetrãs: & tardius coagulabile q̃ lac alioꝝ brutoꝝ ꝭm Gal'.vii.de ingenio.c.vii. & istud idẽ uult Aui.in q̃rto loco pall'.dicẽs. Et nõ est lac post lac mulieris: sicut lac asine. Et prius dicit. Et ꝓprie lac asine eradicat ethicã si fuerit ei eradicatio. Cõparãdo tñ lac asine ad lac mulieris minus cõuenit. Lac.n.mulieris sugẽdo sũptũ cõueniẽtius est oibus: ut uult Aui.in.iiii.loco pal. Et rõ est: qa lac humanũ siue muliebre subtilius est frigidius & humidius: & naturę humanę magis sil'e: uelocius penetrãs: citius digestũ & magis nutriẽs. Et dꝫ istud lac dari ethicis q̃tũ possibile ẽ mulieri magis ꝓpe lectũ infirmi: & ei ꝓtinus sine mora administrari ne ab aere corrũpat'. Et circa istud sciẽdũ ẽ ꝙ nõ semꝑ cõueuit ethicis lac mulieris aut asine: imo ĩ aliqb⁹ casib⁹ lac acetosũ siue ebutiratũ ẽ utilius ethicis quã lac mulieris aut asine. Quoꝝ primus est qñ cũ ethica ẽ solutio uẽtris. Secũdus ẽ qñ ẽ suspitio de coagulatiõe lactis in stõacho uel de ardore uehemẽtis febris: uel qa stomachus de se ẽ colericus: ut lac in colerã cõuertat. Tertius est qñ cũ ethica cõpilat' putrida: ꝑcipue qñ ĩ interioribus nõ fuerit multe opilatiões. Nã lac acetosũ restringit uentrẽ: & nõ facil'r colerizat': qa priuatũ ẽ butirositate: ꝑ quã facil'r lac inflãmat': nec in putrida febre: qa cito putrescit ꝓꝑ eãdẽ cãm. Quartus ẽ si stomachus fuerit sordidus: tũc.n.lac in eo facile corrũpit'. Quintus si ethicus abominet' lac dulce & integrũ: & nõ acetosũ siue ebutiratũ. Tertiũ documẽtũ ẽ ꝙ lac uaccinum & ouinũ sunt magis nutritiua: qa pinguiora & grossiora sunt aliis: ut dicit Aui.ii.can.c.de lacte. Et ibidem de lacte uaccino dicit lac oĩs aĩalis: cui⁹ ꝑgnatio ꝓlixior est ꝑgnatiõe mulieris ẽ malũ: q̃ꝑꝑ ꝓportionabile est illud qͩ ꝓximũ est sicut uaccinũ. Ra.vo ĩ Almã.

sc.dè lacte dicit. Vaccinũ.n.lac oĩ lacte cuiuſq; aĩalis alteri⁹ groſſius iudicat̃:q̃d ẽt oĩbus ſui corporibus pinguedinẽ adipiſci uolẽtibus cõuenientius exiſtit. Quartũ documẽtũ eſt ꝙ lac nocet hñti febrẽ & dolorẽ capitis. Cuius cã dicta eſt ſupra ibi. Perſica poma pira.

Lenit & humectat ſoluit ſine febre butirum

¶ Hic autor ponit ꝓprietates butiri:q̃s ipm ĩducit ĩ corpore hũano. Prima ẽ ꝙ butirũ lenit uẽtrẽ ſiue mollificat atq; lubrificat: hã ꝓprietatẽ facit ſua unctuoſitate. Secũda ꝓprietas ẽ ꝙ butirũ ẽ humectatiuũ:qa ex meliorib⁹ ꝑtib⁹ lactis cõpoſitũ ẽ:& ita ſibi cõuenit humectare ſicut & ipſi lacti a quo extrahit̃. Tertia eſt ꝙ ſoluit uẽtrẽ.i.eſt ꝓuocatiuũ ſeceſſus:& hoc lac facit:qa lubricitatẽ ĩducit in teſtinis. Et iſtas ꝓprietates eius ẽt ponit Auic.ii.can.c.de butiro. Et ĩducit butirũ iſtas tres ꝓprietates ĩ corpe nõ febricitãte. Nociuũ tñ ẽ corpi febricitãti:qa butirũ ſola unctuoſitate de facili inflãmat̃: & in febricitãte calorẽ augmẽtat. Circa iſtud ſciẽdũ ẽ ꝙ lʒ butiꝝ inducat ꝑdictas ꝓprietates rõne tñ ſuę nimię humiditatis & unctuoſitatis nõ cõpetit uia cibi ſpãlr ĩ q̃titate notabili. Prĩo.n.ſi qs eo utat̃ in q̃titate notabili abominationẽ inducit & facit cibũ ſupnatare in orificio ſtõachi:& uentrẽ plus debito laxat:& uomitũ ĩducit. Nullo ergo mõ butirũ ẽ comedendũ uia cibi ĩ q̃titate notabili:& ſpãlr nõ comedat̃ poſt alios cibos:ſed ad cõdimẽtũ cibarioꝝ ſatis cõuenit.

Incidit atq; lauat penetrat mũdat quoq; ſerũ

¶ Hic ponunt̃ q̃tuor ꝓprietates ſeri .i.aq̃ lactis. Quaꝝ prima eſt ꝙ ſerũ eſt inciſiuũ ſiue ſubtiliatiuũ. Secũda ẽ ꝙ eſt lauatiuũ.i.abſterſiuũ. Tertia eſt ꝙ eſt penetratiuũ:& iſta ſequit̃ ex prima. Quarta eſt ꝙ ſerũ eſt mũdificatiuũ.i.ſolutiuũ ſiue purgatiuũ. Et tres iſtaꝝ ꝓprietatũ narrat Aui.ii.can.c.de lacte dicens:ꝙ aqua

eius.s.lactis est subtiliatiua lauatiua & solutiua:& i ipsa nō est mordicatio.Ra.vo in Almā.dicit ꝙ serum colerā rubeā expellit:scabiei quoqꝫ atqꝫ pustulis:nec nō eis pustulis quæ in facie nascunt̄.hyctericie etiā:atqꝫ ei cui fortis uini potus nocuit:auxiliū prębet.

Caseus ē frigidus stipās grossus quoqꝫ dur⁹
Caseus & panis bonus est cib⁹ hic bn̄ sanis
Si nō sunt sani:tūc hunc nō iungito pani.

¶ In hoc tex. autor duo facit. Primo ponit.iiii.ꝓprietates casei.Quaꝝ prima est ꝙ caseus est frigidus .i.frigidę naturę:& istud itelligēdū est de caseo recēti:q ē frigidus: & humidus:& nō de ueteri q ē calidus & siccus.ut uult Aui.ii.can.c.de caseo.uel pōt intelligi de caseo q fit ex sola coagulatiōe lactis absqꝫ alicuius alterius rei cōmixtiōe.Repit̄.n.caseus calidę naturæ calefaciēs stomachū ac linguā mordicās ex cōmixtione reꝝ sibi admixtaꝝ:sicut ē aliqs caseus uiridis q si in magna q̄titate sumat̄ multū calefacit corpus.Secūda ꝓprietas ē ꝙ caseus est stipās.i.cōstipatiuus siue durū uētrē efficiēs. Et istud maxie hēt ueritatē de ueteri & multū coagulum hn̄te.Tertia est ꝙ caseus est grossus.i.grossi humoris gn̄atiuus:qđ ueritatē hēt de oi caseo:qa ois caseus ex grossiori & terrestriori pte lactis fit. Quarta ē ꝙ caseus ē durus.i.duriciē uētris efficiēs.Et ista pōt esse eadē cū secūda.Deinde dicit tex.ꝙ caseus quāuis solus sumptus sit insanus:ex quo male digestionis ē:ut p̄dictū ē:tn̄ si in modica q̄titate misceat̄ pani:cū ipso pane digestibilis fit.alias nō:& istud ueritatē hēt in corpore sano. in ęgro autē nō.Et de caseo prius dictum ē ibi.Nutrit & impinguat.

Ignari medici me dicunt esse nociuum
Sed tamen ignorant:cur nocumenta feram
Languenti stomacho caseus addit opem.

¶ In hoc passu autor fingit p̄sonā loquētē i spē casei cōtradicētes usū casei

Si post sumatur terminat ille dapes
Qui physicā nō ignorāt hęc testificāt̕

esse insanū. Et dicit loquēs in psonā casei. Ignari medici .i. medicinā ignorātes dicūt me caseū esse nociuū: supple uīr ignorāt cām: cur naturę humanę nocere dicor. Et post hoc tāgit autor duas utilitates sumptionis casei. Prima utilitas ē q caseus cōfert ęgrotāti stomacho. Et circa istud est notādū q oīs caseus cōfert opē oī stomacho lāguētium: sed in certis casib⁹ oīs caseus nocet. s. stomacho rare texture: & omni stomacho debilitato ex lōga ęgritudine: sed caseus recēs & nocuus nō multę uiscositatis opē cōfert stomacho calido: qa teste Ra. in Almā. adustionē & caliditatē eius reprimit: & stomacho ēt sicco ꝯfert pp eius humiditatē. Et talibus stomachis multū nocet caseus antiquus siue multū acutus uel multū coagulū hn̄s. Sed stomacho hn̄ti multa fleumata eius pelliculis adherētiā multū cōfert caseus antiquus uel multū coaguli hn̄s: qa talis sui acuitate fleuma incidit & abstergit. Sed tali stomacho maxime nocet caseus recens & mollis. Et sic p3 q in aliquo casu caseus semp nocet: & in aliquo non: & q aliqn̄ caseus recēs pdest & aliqn̄ uetus. Secūda utilitas est q caseus sumptus post cibū terminat ipm: qa facit cibū descēdere ad illū locum in quo uiget digestio. s. ad fundū stomachi. Et istud totū sciūt: qui uerā sniam medicinę hn̄t. Et de caseo acuto dicit Ra. in Almā. Verūtn̄ cū post comestionē parua ex eo gustat̕ q̄titas os stomachi corroborat: facietatē quoq; nimiā atq; fastidiū quæ ex dulcibus & unctuosis nutrientibus in ore stomachi pueniunt aufert.

Inter prādendū sit sępe parūq; bibēdū
Vt minus ęgrotes nō īter fercula potes

¶ Hic pōit. ii. documēta Quoꝝ primū est q prādendo .i. comedēdo aliqs d3 uicissim post sumptū parū & sępe bibere: ita q nō d3 primo totū cibū sumere: & postea

potũ. Et istũ uersum primũ aliqui nõ habent:qa reuera idẽ uersus in forma prius expositis est. Secundũ documẽtũ est qđ inter duas comestionis sicut inter prandiũ & cenã debemus pro posse potum euitare:& hoc si cibus sumptus in stomacho nondũ fuerit digestus: nisi magna necessitas assit:qa talis potus sumptus impedit & interrũpit digestionẽ cibi primo sumpti:cibũ facit indigestũ de stomacho descendere:atq; appetitũ deijcit circa cibũ in cena sumendum & corpus grauat:& ad dispõnẽ in qua homo neq; sanus neq; eger ẽ inclinat:siue ad dispõnẽ pręuenientẽ febrẽ.

¶Hic autor inuit qđ cena dз incipi a potu.Et aliq exponũt metrũ istud.

Vt uites penam de potibus incipe cenam

Si tu uis uitare penã.i.infirmitatẽ:prius potes in prĩcipio cene añq̃ comedas:sed ista expositio nõ ualet:qa ꝑm medicos regularius est a cibo cenã incipe quã a potu.Et q̃uis iste liber directus sit anglicis:ipsi tñ hãc sniam nõ obseruãt:qa regulariter quacũq; hora diei potũ sumũt ꝑponũt morsũ panis:iõ aliter põt exponi uersus iste accipiẽdo potũ ꝑ cibo liqdo & facile digestibili:sicut accepit Ipoc.potũ.ii.pti.ãpho.ibi:facile ẽ repleri potu quã cibo:ita qđ sensus istius ṽsus sit ꝙ melius ẽ cenã incipe a potu.i.cibo liqdo: & facile digestibili.Cuius rõ ẽ:qa si cib⁹ liqdus & facile digestibilis post sumat̃ cũ ĩ nocte supueniẽte fortificet̃ calor digestiuus cib⁹ liqdus & facile digestibilis lõgo tpe erit digestus añ grossum & difficulter digestibilẽ:& cũ nõ poterit hre exitũ pp cibũ grossum nõdũ digestũ nimis aduret̃:uel si exeat grossum secũ rapiet cibũ nõdũ digestũ plene. Melius est ergo ut iste cib⁹ liqdus & facile digestibilis prius sumat̃:ut tpe quo digestus sit exitũ hẽat nullo repugnãte.

¶Hic autor ponit aliqua documenta.

Singula post oua:pocula sume noua

Post pisces nux sit:post carnes caseus assit
Vnica nux ꝓdest:nocet altera:tertia mors ē

Primũ est post sumptionē cuiuslibet oui recētis suppe & mollis debemus sumere potũ:maxime haustũ uini:cuius cã põt esse:qa ouũ recēs & molle est optimi nutrimēti & facilis digestionis:& est de his q̃ in modica q̃titate multũ nutriũt:& ṗcipue eius uitellus:ut dictũ prius ibi.oua recētia:sic ergo uinũ qđ est amicũ naturę facit ꝙ ouũ auidius ad mēbra trahit̃ & ad eius penetrationē iuuat:& cã alia ēt põt esse:qa ouũ tarde p mery descendit:potus ergo uel uinũ iuuat eius descēsum. Secũdũ documētũ est post comestionē pisciũ debemus sumere nuces loco casei:q̃a nux sua siccitate impedit generationē fleumatis qđ gnãri solet ex piscibus:& hinc est ꝙ in q̃dragesima ultimo dant̃ nuces. Tertiũ documētũ ē qđ post comestionē carniũ debemus sumere caseũ & nõ nuces:q̃a nuces nimiũ exsiccarent & caseus nõ:sed facit cibũ descendere ad fundũ stomachi quo uiget digestio:& istud ē ueꝝ de caseo mediocri īter ueterē & nouũ. Deinde subdit tex.in ultimo uersu qđ unica nux.s.nux muscata ꝓdest naturę humanę & ꝓficua est:qa bonũ odorē oris efficit:uisum cõfortat:& simil'r epar:splenē & stomachũ:& maxime os eius:ſm Auic.ii.cano.c.de nuce muscata:sed altera.s.nux auellana uel cõis nocet.Auellana qdē qm̃ instatiua est & gnãtiua uentositatũ in uentre inferiori:& facit zoda:& tarde est digestiõis:& excitat uomitũ: ut h₃ Aui.ii.can.c.de ea.nux ṽo cõis:qa ēt facit zoda & difficilis est digestionis & mala stomacho:& hoc calido pp eius caliditatem.sed tertia nux.s.nux baliste est mors.i.mortē inferens:qa p balistã hoĩes interficiunt̃. Vel põt istud intelligi de nuce mechel q̃ ſm Aui.ii.cano.est uenenũ stupefactiuũ:quare mortifera est.

Adde potũ piro:nux est medicina ueneno

¶ In hoc primo uersu autor dat unũ do

cumētū dicēs ꝙ nos debe/mus post esū piroꝝ sumere potū.s.uinū: cuius cā suffi

Fert pira nostra pirus:sine uino sunt pira uirus
Si pira sunt uirus:sit maledicta pirus.
Si coquas antidotū pira sunt:sed cruda uenenum
Cruda grauāt stōachū releuāt pira cocta grauatū.
Post pira da potum:post pomū uade fecatum.

ciēter dicta est prius:qa pira sunt gnātiua uentositatis & de ꝓprie/tate colicā inducētia & sanguinē aquositatę replētia:& ergo cū eis debet potari uinū:& maxime forte & calidū qđ est uentositatū car/minatiuū & aquositatū cōsumptiuū:q̄s inducūt pira.Secūdo dicit tex.ꝙ nux est medicina ueneno.i.remediū ꝯ uenenum:ut prius di/ctū est ibi.Allea nux ruta.Deinde in secundo & tertio v̄sibus inuit ꝙ pira sumpta sine uino sunt uenena.i.naturę recētia ꝑꝑ cām dictā in primo uersu. Verū est tñ ꝙ pira nō sunt uirus.i.uenenū simpl'r: qa si sic comestio eoꝝ mortē induceret:& pirus ea portās esset ma/ledicta.Deinde in q̄rto uersu autor inuit ꝙ pira cruda sunt uenenū .i.nocumētū inferentia:qa faciūt ebulitionē humoꝝ:colicā fleuma ta & scabiē:si tñ ipsa coquant' sunt antidotū.i.medicina modo quo dictum est supra cū uino:& maxime ēt post alios cibos sumpta:qa sic iuuāt ad expulsionē fecū. Deinde in qnto uersu dicit ꝙ pira cru da grauāt stomachū:qa ip̄m impediūt a digestione & inflatiua sūt: sed pira cocta releuāt stomachū grauatum:& disponunt ipsum ad suā naturalitatē.Et in ultimo uersu subdit duo.Primū est ꝙ nos de bemus post pirū sumere potum ꝑꝑ cām prius dictam.Secundū est ꝙ post esum pomi debemus ire fecatum: idest ad secessum:& ꝑm Auic.ii.can.c.de pomis:poma dulcia & acetosa quando in stoma/cho inueniunt humorē grossum:quādoq; deponunt ipsum in ege/stione.Ratio tamē textus pōt esse:quia poma multū inflatiua sunt uentositatem generantia:quæ in secessu emittetur.

Cerasa si comedas tibi cōfert grādia dona
Expurgant stomachū: nucleus tibi tollit
Et de carne sua sanguis eritq; bonus

¶Hic ponunt᷑ tria cōmoda ex esu cerasoꝝ ꝓueniētia. Primū est ꝙ cerasa expurgāt stomachū: & istud ꝑm quosdā ueꝝ est qñ simul cū eis nuclei terūt᷑: qa simul hñt q̄ndā uim abstersiuā ac mūdificatiuā. Secūdū ē ꝙ nucleus cerasoꝝ. i. arillus h3 uirtutē frāgēdi lapidē renū uel uesice si succus sumat᷑ uel ex eo fiat lac. Tertiū est ꝙ caro cerasoꝝ est gnātiua optimi sanguinis & cōfortās ac impinguās: & istud expimētū cōprobant᷑: qa uidemus passeres q̄ sunt aues multū comedētes cerasa ꝙ tp̄e cerasoꝝ hñt epata multū maiora quā alio tp̄e: signū igit᷑ ē: ꝙ magnificāt epar & ꝯfortāt circa illud est notādū qđ duplicia sūt cerasa. s. grossa & parua. Grossa aūt adhuc duplicia. s. dulcia & pōtica. Omnia dulcia & parua sunt insana de facili corruptibilia ac in corpibus faciētia uermes: grossa pōtica dicunt᷑ cina: & illa sunt adhuc duplicia: q̄dā sunt rubea & mollis carnis: & talia debēt recentia comedi & in prīcipio mēse: & hñt uim abstersiuā stomachi atq; appetitū incitādi: alia sunt cina nigra & grossa satis durę carnis: & inter cętera maxīe pōtica: & ista debēt comedi ī fine prādij siue cene: cuius cā est: qa ista sua pōticitate qñ in fine mense sumunt᷑ claudunt orificiū stomachi: quo clauso digestio melior ac uelocior fit.

Infrigidant laxant multū ꝓsunt tibi pruna.

¶Hic ponunt᷑ duę utilitates ꝓueniētes ex esu prunoꝝ. Prima est ꝙ pruna infrigidāt corpus: & iō portegalēses ī calida regiōe existētes in decoctione suaꝝ carniū semp cōmiscēt pruna: & maxīe damascena. Secūda est ꝙ pruna laxant uentrē: & hoc est pp̄ eoꝝ humiditatē & uiscositatē ꝑm Gal. ij. alimē. Et istud est ueꝝ de prunis maturis. In crudis. n. q̄ nō sunt matura est stipticitas: & eoꝝ nutri-

mentũ est paucũ.ut dicit Aui.ii.can.c.de eis.Et ista secũda utilitas lʒ ẽt multũ cõueniat prunis damascenis sicut est prima:maxima tñ cõuenit prunis armenis.i.deportatis ex terra armenia:quia meliora sunt oibus:& uehemẽtius soluẽtia ꝑm Aui.loco pall'.Et pro maiori declaratiõe istarũ utilitatũ:sciendũ est qđ pruna matura sunt usu & nõ imatura:pruna autẽ magis naturę cõueniẽtia sunt illa q̃ sunt figurę ob lõge hñtia carnẽ paucã & durã aliq̃lem siccitatẽ declinãtia & corticẽ exteriorẽ tenuẽ:& debẽt esse i sapore nõ uere dulcedinis: sed dʒ esse eorũ dulcedo attinens alicui acredini:& huiusmodi sunt pruna damascena:talia.n.pruna infrigidãt ut dictũ est:sunt ãt multę alię maneries prunorũ quorũ usus nõ est approbãdus:sunt ẽt q̃dã prunella siluestria parua q̃ crescunt in siluis:& nõ sunt laxatiua:sed uẽtris restrictiua:& ex is aq̃ quæ uentris restrictionẽ facit:debẽt ãt pruna q̃ sumunt' pp uẽtris laxationẽ primo poni i aq̃ frigida:tũc.n. pfectius ifrigidãt & humectãt:& colerã quã inueniũt lubricãdo soluũt:& sic stomachus melius disponit' ad cibũ recipiẽdũ:& est diligẽter notãdũ qđ pruna humida recentia sunt magis alteratiua q̃uis sint peioris nutrimenti & pluriũ supfluitatũ:sed pruna sicca magis cõfortãt:& melius nutrimẽtũ dãt corpori:& sicut dictũ est de prunis:sic suo mõ itelligat' de cerasis:uerũ tñ est qđ cerasorũ humiditas ẽ subtilior:& minus uiscosa:uñ minus nutriunt quã pruna.

¶In hoc passu tria ponunt' documẽta. Primũ est ꝙ mustũ est bibẽdũ cũ psicis: uel psica comedẽda sunt cũ musto.

Persica:cum musto uobis dat' ordine iusto
Sumere sic est mos nucib⁹ sociãdo racemos
Passula non spleni:tussi ualet est bona reni

Cã primę partis est:qa mustũ ẽ calefactiuũ & ebulitionẽ faciẽs in corpore nr̃o:hãc aũt ebulitionẽ & calefactionẽ ꝓhibẽt psica sua frigiditate.Cã secũdę ptis ẽ:qa psica sunt multũ frigi-

da & corpus multū infrigidātia:ergo sup oīa d3 bibi illud uinū q̄d plus calefacit. Illud aūt est mustū q̄d scit̃ expientia:& de ordine co/medendi psica multis & aliis dictū est prius ibi. Persica poma pira. Secundū documētū est q̄d racemi debēt comedi qñ comedunt̃ nuces & maxie antiq̄ & sicce:recentes.n.nuces sane sunt p se sed antiq̄ sicce nimiū exsiccant:& pp eo⁊ unctuositatē de facili inflāmationē in corpe inducūt;q̄re cū eis comedi debēt racemi q resistūt inflāmationi & exsiccationi cū humectēt:& de nucib⁹ ample dictū est ibi: Allea nux ruta. Tertiū documētū ē q̄ passula.i.uua passa nocet spleni:qa inducit opilationē eius:sed uua passa utilis est renibus:qa ex quo ipsa est urinę puocatiua:ipsa est lauatiua renum:ex multa eni aquositate ad renes ducta ipsi renes mundificant̃: & de uuis passis siue passulis etiā dictum est supra ibi. Nutrit & impinguat.

Scrofa tumor glādēs fic⁹ cataplasmate cedit
Iunge papauer ei confracta foris tenet ossa.

¶ Hic ponunt̃ duæ utilitates pueniētes ex emplastratione ficuū. Prima est q̄ ficus decocte ī aliquo liquore:uidel3 ī aq̄:& tūc supposite cū humiditate curāt istas tres ęgritudines.s.scrofulas glādes & tumores:p scrofulas ītelligunt̃ inflatiōes sub mēto circa collū:& dr̄ scrofula a scrofa:q̄d idem est q̄d sus siue porca:uel qa ista ęgritudo multū accidit porcis pp gulositatē eo⁊:uel qa eius figura s̄m plurimū assimilat̃ porcis.ut uult Aui.in.iiij.trac.ii.c.de scrofulis:p glādē v̄o ītelligūt̃ apostemata quæ cōiter solēt accidere sub ascellis:& in inguinibus. & p tumorē pn̄t intelligi inflatiōes ī q̄libet pte corporis. Vñ pro istis apostematibus curādis:& maxime maturādis d3 decoq ficus in aq̄: & ipsi aquæ debet cōmisceri modicū aceti:ut acetū iuuet penetrationē uirtutis ficus:& decoctiōe facta debēt teri in mortario:& deinde misceri cū modica aqua cū qua bulite sunt. Vnde cataplasma

ꝓpric eſt medicina facta ex aliq̄ re & ſucco eius:iuxta illud metrū tūc cathaplaſma facis cū ſuccū pomis & herbā. Secūda utilitas eſt ꝙ ficus cū papauere cathaplaſmate retinēt oſſa fracta:& debēt decoq inſimul cū aq̄ abſq; appoſitiōe aceti:& debēt ſimul teri:& addi eis aq̄ decoctiōis eaꝝ:& tūc ſupponi:& cā iſti⁹ pōt eē:qa papauer ē ſtupefactiuū:& p illud tollit̄ dolor q accidere ſolet in fractiōe oſſiū: & ꝓuocat ſomnū:ficus ſil'r facit moueri humiditate ad exteriora:q bus humiditatibus ad oſſa motis:oſſa pn̄t retinere ad naſcētiā:nūq̄ tn̄ uere cōtinuari. Aliqui tn̄ textus habēt loco tenet trahit:& tūc ſenſus eſt melior. Vn̄ papauer eſt triplex.ſ.albū nigrū & rubeū:rubeū autē eſt ſilueſtre & uenenoſum & creſcit in bladis & iuuenes ſolent terere flores & facere incauſtum ex ipſis floribus.

¶ Hic ponunt̄ duę opationes ficuū. Prima eſt ꝙ ex comeſtione ficuū ſequit̄ multitudo pediculoꝝ in corpib⁹ hūanis:& iſtud maxime ueritatē hēt de ficubus ſiccis:ut dicit Aui.ii.can.c.de ficubus. Et cā ſꝫm eū ibi eſt:pp maliciā & corruptionē humoris generati ex eis:& alia cā ēt pōt eſſe:quia ficus ꝓuocant multū ſudorē:ex quo ſequit̄ generatio pediculoꝝ. Secūda opatio eſt ꝙ ficus incitant appetitū coeūdi:qa generāt uentoſitatē q̄ iuuat ad erectionē uirgę: & ſil'r ſunt multaꝝ ſupfluitatū & ſperma augmentantes.

Pediculos uenerēq; facit ſed cuilibet obſtat.

¶ Hic ponunt̄ duæ utilitates eſculorum. Primū eſt ꝙ multiplicāt mictū ſiue urinā:cuius cā pōt eſſe:qa indurāt feces:& ſic aquoſitas fecū eſt cā multitudinis urinę. Vel pōt ſumi cā ſilis illi q̄ ſumit̄ ex illo āphoriſmo. Vrina nocturna multū facta:modicū ſeceſſum ſercat in die:& ecō/

Multiplicāt mictū uētrē dāt eſcula ſtrictū
Eſcula dura bona ſed mollia ſunt meliora

uerso:qui multas habuit cameras nocturnas de mane hēt paucā urinā:cuius cā est:qa si multa fiat digestio multū de humiditate q̄ trāsire deberet ad uesicā simul cū ea exit:& si urina fiat multa:multū de humiditatib⁹ q̄ trāsire deberēt cū egestione:& eā magnificare cū urina euacuāt᷑.Secūda utilitas est ꝙ escula cōstipant᷑ uētrē:& istud accidit pp eoꝝ pōticitatē & stipticitatē:ex quo infert textus ꝙ escula dura sunt bona:& hoc qa cōstringūt uentrē:& ergo pro sūt uētri nimiū laxato:sed mollia escula sunt meliora duris:qa nutriūt & minus uentrē cōstipāt.Et circa istud est sciendū ꝙ escula minus cōpetunt nutrimēto:quā poma:pira:pſica:ficus:& sis̄a:qđ satis ostendit austeritas saporis eoꝝ & duricies substātię eoꝝ postq̄ in arbore maturata sunt:& ergo ex his parū debet comedi:& magis recipi debēt uia medicinę quā cibi:& quia uirtus eoꝝ est stiptica ualde satis cōpetunt in fluxu uentris:& quia escula in arbore nō mollescunt mollicię sufficientē ad esum:ideo antequā comedant᷑ remolliant᷑:& tūc sunt magis delectabilia gustui & minus stiptica.

Prouocat urinā mustū cito soluit & inflat.

¶Hic ponunt᷑ tres proprietates musti: quarū. Prima est ꝙ mustū ꝓuocat urinā cuius causa est:qa in musto sunt partes terrestres nitrose mordicātes uesicā cū ad eā ueniūt:& ꝓpter eaꝝ mordicationē uesica:citius nititur eas expellere:& ipsum mustū:& ista ꝓprietas intelligēda de mustis hn̄tib⁹ feces mordicātes sicut musta plurima renēsia:qa musta hn̄tia feces grossas nō mordicātes sed magis opilātes impediūt urinā sicut prius dictū est ibi impedit urinā. Secūda est ꝙ mustū cito soluit uel laxat uentrem ꝓpter eandē cām dictā in prima ꝓprietate.Tertia est ꝙ est inflatiuū pp ebulitionem quā facit in corpore ex qua proueniunt uentositates.Et causę istaꝝ duaꝝ proprietatū dictę sunt prius ibi:impedit urinam.

Grossos humores nutrit ceruisia:uires:
Prestat:& augmētat carnē:generatq; cruorē
Prouocat urinā:uētrē quoq; mollit & inflat
Infrigidat modicū:sed plus desiccat acetum
Infrigidat:macerat:melā.dat spma minorat
Siccos infestat neruos & impinguia siccat

¶ In hoc textu autor duo facit. Primo pōit octo pprietates ceruisię q̄ꝝ. Prima ē q̄ ceruisia facit i corpore nr̄o grossos humores:& istud maxime habet ueritatē respectu uini:& diuersificat ceruisia in generādo grossos hūores ex pte suoꝝ cōponētiū:nā ceruisia ex grossiori substātia grossiores humores generat:& ex minus grossa minus grossos. Secūda est q̄ ceruisia augmētat uires:& istud est itelligēdū de ceruisia ex optimis granis cōposita:q̄ plurime decoctiōis est:cuiusmodi ē ceruisia ostiēsis:ista.n.multū uutritiua est: & ergo uires augmentat. Tertia est q̄ augmētat carnē:& istud puenit pp multā eius nutritionē. Quarta est q̄ multiplicat sanguinē eadem de cā:& iste tres ultime pprietates hn̄t ueritatē de ceruisia antiq̄ multū decocta: & de optimis granis cōposita. Quinta est q̄ puocat urinā. Sexta ē q̄ laxat uētrē:& iste duę pprietates maxime hn̄t ueritatē de ceruisia clara multū luculēta.i.in q̄ plurimū lupuli iponit:cuiusmodi ē ceruisia hāburgēsis q̄ puocat urinā & laxat pp lupulum:ipsa tn̄ nō ualet debilia cerebra hn̄tib⁹:qa tales de facili inebriant pp multitudinē lupuli. Septiā ē q̄ iflat uētrē:& istud h₃ ṽitatē de ceruisia modica decoctiōe cocta:cuiusmodi ē coyta holādię q̄ maxime inflat & opilat:& ppterea plurimū ipinguat. Octaua est q̄ ceruisia modicū infrigidat:cuiusmodi est ceruisia holādię brabācię hānonię & flandrię:& illa q̄ cōis hō utit:& ista pprietas maxie ueritatē h₃ respectu uini. Et circa istud ē sciēdum q̄ ceruisia pōt fieri ex auena & ordeo & ex frumēto.& fm q̄ fit ex alio & alio grano ē alterius & alterius cōplexionis:quæ.n.fit ex ordeo plus attinet frigiditati:qa ordeū est

frigidū. Quę aūt fit ex ordeo & auena minus opilat & minus generat uētositates & minus nutrit: & q̄ fit ex frumēto plus attinet caliditati & magis nutrit: & magis opilat: & q̄to ceruisia est grossior: tāto est deterior: & q̄to subtilior: tanto melior. Et ulterius est sciēdū ꝙ pessima ceruisia est q̄ fit ex reb⁹ inebriātib⁹: puta ex grano qđ noīatur loliū: & qa ista maxime dolorē capitis generat & neruos ledit: deinde ponit textus qnq; ꝓprietates aceti. Quaꝝ prima est ꝙ acetū exsiccat: dicit.n. Auic. de eo. ii. can. ꝙ est fortis exsiccatiōis: & propterea medici p̄cipiūt tp̄e pestis uti aceto cū cibo & silr cū potu: dicit.n. Aui. in. i. in. c. viij. doc. v. aceto p̄terea in cibo & potu uti in pestilentia est nocumēti ipsius securatio. Secūda est ꝙ acetū infrigidat ꝓprietate q̄ in eo est. Tertia est ꝙ macerat. i. facit hoiem macrū: & rō est: qa exsiccat. Et istud maxime ueꝝ est de aceto in ieiuno stomacho sumpto. ut uult Auic. in. i. doc. iiij. c. v. de extenuatiōe crassi. Veꝝ ē tn̄ ꝙ assiduus usus aceti: maxime in ieiuno multa inducit incōmoda: uisum debilitat: pectus offendit: tussim cōmouet: stomachū & epar ledit: neruos & iūcturas uehemēter opprimit: has arteticis doloribus: tremoribus: & paralixibus uexās. Quarta ē ꝙ acetū generat melācoliā eo qđ humores infrigidat & exsiccat. Quinta ē ꝙ acetū minorat sperma: ꝓpterea qa exsiccat: infrigidat: & macerat: & istas ꝓprietates aceti ponit Rasis in Almā. dicēs. acetū frigidum est & siccū: & qđ maciē efficit: & uires destruit: sperma quoq; minuit: & colerā corroborat nigrā: rubeā v̄o colerā & sanguinē debilitat: ciboſq; qbus admiscet᷑ subtiliat. Deinde in ultio uersu autor subdit tria. Primū ē ꝙ acetū nocet macris: & rō est: qa acetū exsiccat: & sic addit in macredine. Simile.n. additū suo simili facit ip̄m furere: & etiā ois cōplexio lapsa per ꝯriū medicat᷑: & p simile deterioratur. Secundū est ꝙ acetū nocet neruis. ut dicit Aui. ii. cano. c. de eo. Tertiū est ꝙ acetum macerat: ut dictum est.

¶In hoc passu ponunt primo tres utilitates rape tpate cocte: & unū ei⁹ nocumētū.

Rapa iuuat stomachū: nouit pducere uentū
Prouocat urinam: faciet quoq; dente ruinā
Si male cocta dat hinc torso tūc generatur

Prima utilitas ē q rapa iuuat stomachū: qa bñ digerit a stomacho: nec ipse ea grauat. Secūda ē q rapa ē puocatiua uēti: qd p3 expimēto. Tertia ē q rapa ē puocatiua urinę: pter tñ istas pprietates uult Auer. qd magnā h3 pprietatē i ɔfortādo uisū: nocumētū vo rapaꝝ est q assiduatio rapaꝝ nocet dentib⁹. In ultio āt vsu subdit qd rapa male cocta tortiones facit in corpe: qa multiplicat uentositates: Iuxta illud uentū sępe rapis si tu uis uiuere rapis. & est sciēdū qd caudę rapaꝝ fortiter uentrē laxāt: pro maiori noticia sciēdū est qd rape iter radices magis cōueniunt ad corpis nutritionē: qd satis oñdit ex amicabilitate sui saporis: hęc. n. cōplexio est oīb⁹ edulis qd amara & pūgitiua minus alimētū dāt corpi & dulcia magis: qa ergo rape radicib⁹ aliis sunt dulciores & minus pūgitiue: magis cōpetunt uia cibi: sed generāt sanguinē grossum & melācolicū si digestiua sit debilis: & bonū ē qd depurent a prima aq̄: & nullo mō debēt comedi crude & incitāt ad coitū: & uias mūdificāt urinales.

¶In isto passu notant qnq;. Primū est qd cor aīaliū comestū tarde digerit & tarde ēt egerit: & rō est: qa caro cordis ē caro melancolica q̄

Egeritur tarde cor: digeritur quoq; durę
Silr stomachus melior sit in extremitates
Reddit lingua bonū nutrimētū medicinę
Digeritur facile pulmo cito labitur ipse
Est melius cerebrum gallinaꝝ reliquoꝝ

difficulter digerit: & tarde descēdit: & nō est caro bona ṡm Aui. ii. can. c. de carne: & nō multū nutrit. ut dicit Ra. in Almā. Secūdū est q stomachus silr ē male digestiōis & tarde descēsionis cuius rō est:

qa stomachus est mēbrū neruosum cartilaginosum:q̄re difficile di gerit᷑:& ergo ēt nō generat bonū sanguinē:deinde subdit tex.ꝙ sto machus ī eius extremitatib⁹.s.quo ad eius fundū & orificiū melius digerit᷑:cuius rō est:qa in illis partib⁹ magis carnosus est & magis pinguis. Tertiū est ꝙ lingua est boni nutrimēti:& hoc quo ad eius radicē.ut uult Aui.ii.can.c.de carne:& rō est:qa est facilis digestio/nis & carnosa:& īter reliq̄s linguas porcelli:q̄ ablata eius pelle eqpa rat᷑ carni apri:ut sciūt scindētes añ pricipes.Lingua tñ bouis nō est multū sana ꝑꝑ eius nimiā humiditatē: leccatores tñ linguis uti uo lentes añ eaꝝ assatiōnē imponūt gariofilos:qbus humiditas līguaꝝ minuit᷑:& sic aptiores sunt esui. Quartū ē ꝙ pulmo facile digerit᷑ & facile egerit᷑:& istud ē ꝑꝑ eius raritatē & mollicīē.Veꝝ est tñ qđ eius nutrimētū nō ē cōueniēs naturę humanę:qa paruū est:& fleu/maticū.ut dicit Aui.ii.can.c.de eo.Et circa istud ē sciēdū ꝙ pulmo arietis quāuis nō sit bonus cibus:est tñ bona medicina:qa sanat ex/coriationē calcanei ex calciamēto:si ponat᷑ suꝑ ipsam calidus.ut di cit Aui.loco ꝑall'. Quintū ē ꝙ cerebrū gallinę inter oīa cerebra est melius:de quo dicit Aui.ii.can.qđ ꝓhibet fluxū sanguinis narium: debet tñ cū sale aut cū spēbus comedi:quia de se uomitū ꝓuocat. Et circa istud sciēdū ē ꝙ de cerebro pulloꝝ dicūt medici ꝙ augmē tat memoriā:cerebra v̓o porcoꝝ naturę nō sunt cōuenientia:sed ce rebrū ouis leporis uel cuniculi cū sale uel spēbus comedi pōt:& de cerebro amplius dictū est ibi.Nutrit & impinguat.

Semen feniculi fugat & spiracula culi

¶Hic ponitur unū documētū: & est qđ semē feniculi:qđ dr̄ maratrū:expellit uētositates aut eas dissoluit.Et rō est:qa est calidū & siccū & carminatiuū. Et circa istud ē sciendū ꝙ a cōibus q̄ttuor tangūtur utilitates ꝓuenientes ex esu maratri siue seminis feniculi.

Prima est q̄ cōfert febribus. Secūda est q̄ pellit uenenū. Tertia est q̄ mūdificat stomachū. Quarta est q̄ acuit uisum. Et de isto solent dari isti uersus cōes. Bis duo dāt maratrū febres fugat atq̄ uenenū. Et purgāt stomachi lumē quoq̄ reddit acutū. Et istas q̄ttuor utilitates tāgit ēt Aui.ii.can.loquēs de feniculo. Et circa q̄rtā utilitatē nota q̄ Auic.loco pall.de semine feniculi dicit. Democritus existimauit q̄d uenenosi uermes pascūt feniculi recentis semē ut eorū uisus confortet: ut uipe & serpētes fricāt oculos suos cū egrediunt de cauernis suis post hyemē sup ip̄m ut illuminent oculi eorū. Sciendū ulterius q̄ feniculus tarde digerit: male nutrit: & parū: & ergo nō cōpetit uia sibi: sed magis uia medicinę: nō igit utendū est eo in regimine sanitatis: nisi ad correctionē malicię quorūdā aliorū ciborū: sicut interdū cū lactuca comedimus petrosilinū ad resistendū frigiditati & humiditati lactucę: sic etiā cū cucurbitis pōt decoqui feniculus: & similiter cum rapis ad corrigendum maliciā earum.

¶ Hic pununt duę utilitates anisi: quarū Prima est q̄ anisum cōfortat uisum. Secunda est q̄ anisum cōfortat stomachū: cuius cā est: q̄a anisum mūdat stomachū a fleumatibus: & ip̄m calefacit: & p̄pterea ēt confert uisui: q̄a nihil est q̄ uisui magis noceat quā imūdicia stomachi: q̄a a stomacho imūdo eleuant fumi imūdi qui oculis nocēt p̄turbādo spūs uisiuos: & ista duo iuuamenta facit anisiū dulce. Et pręter istas utilitates Auic.ii.cano.c.de aniso plures alias utilitates anisi ponit. Vult.n.ibi q̄ anisum est aperitiuū: dolorū sedatiuū: est uentositatū resolutiuū: sedatiuū sitis: cāne ex humiditatib⁹ salsis apitiuū: & opilationū epatis & splenis generatarū ex humiditatibus: & silr renum uesice: & matricis: p̄uocatiuū urinæ & menstruorū: & mundat ma-

Emendat uisum stomachū cōfortat anisum
Copia dulcoris anisi sit melioris.

tricē a fluxu humiditatum albarum & est motiuum coitus.

Si cruor emanat spodiū sumptū cito sanat

¶ Hic ponitur unū iuuamētū spodii: & est ꝙ spodiū sūptū sanat fluxū sanguis:cui⁹ cā pót eē:qa spodiū h3 uirtutē ꝓpriā ꝯfortādi epar:& sic fortificato epate qđ ē fons & origo sanguinis:sāguis ab eo melius retinetᷓ:& dicit Aui.ii.can.c.de spodio:ꝙ spodiū ē radices cānaꝝ aduste.Dr.n.quo ipse aduruntᷓ pp fricationē suaꝝ extremitatū cū uētus eas pflat.Simon tñ ianuēsis dicit ꝙ spodiū ē res cuius origo nos latet:res tñ adusta uř & diuisiones cānaꝝ adustaꝝ:& nedū spodiū cófert i nimio flnxu sanguinis:imo ēt in nimio fluxu uētris & uomitu.ut dicit Ra.in Almā.& ꝯfert ēt in febrib⁹ acutis:ꝯfortat cor & tremori eius:& sincopi facte ex effusione colere ad stomachū auxiliatᷓ.ut uult Aui.loco pall.Et est sciēdū circa p̄dicta ꝙ sicut spodiū h3 respectum ad epar & ꝓprietatē ꝯfortādi ip̄m:ita sunt aliq̄ medicinę q̄ hñt similē aspectū & similē ꝓprietatē ꝯfortādi aliq̄ alia mēbra spālia:sicut macis cor:muscus cerebrū liqritia pulmoné:cappes splené:& galāga stomachū:ut p3 in his uersibus.

Gaudet epar spodio:mace cor cerebrū quoq3 musco.
Pulmo liquiricia:splé.cap.stomachusq3 galanga.

Vas condimenti pręponi debet edenti
Sal uirus refugat:& nó sapidūq3 saporat.
Nam sapit esca male quæ datur absq3 sale
Vrunt per salsa uisum:spermaq3 minorant
Et generāt scabiem pruritum siue uigorem

¶ In hoc textu tria fiunt. Primo ponitᷓ unū documētū generale quod obserua apud oēs: & est qđ uas cōdimēti.s.salis qđ cōi noīe salinum dř d3 p̄poni i mēsa ipsi edēti iuxta illud cōe metrū.Sal primo poni debet primoq3 reponi.Oīs mēsa male ponitᷓ absq3 sale.Secūdo tā-

gunt̃ duo iuuamẽta salis. Primũ est ꝙ sal resistit ueneno: cuius duplex põt esse cã. Vna est: qa sal exsiccatiuũ ẽ: & sic sua siccitate exsiccat humiditates ex qbus põt seq corruptio. Alia cã ẽ: qa sal exsiccat & cõprimit humiditates a corpore extrahẽdo. Et sic claudit poros: & ꝑ ꝯñs ꝓhibet penetrationẽ ueneni q̃ fieri deberet ꝑ poros. Secundũ iuuamẽtũ salis est qđ sal inducit saporẽ in cibariis: nã cõiter uidemus ad sensũ qđ nulla cibaria sapiũt sine cõmixtiõe salis: ut dicit tertius ṽsus. Tertio ponunt̃. iiii. nocumẽta salis siue cibarioꝝ ualde salsoꝝ. Primũ est ꝙ cibaria ualde salsa urũt uisum. i. deꝑdũt uisum uel nocẽt uisui: cuius cã põt esse duplex. Primus est: quia res nimiũ salsę inducũt nimiã siccitatẽ: quæ est ꝯ̃ria oculis: qui sunt instrumẽta uisus: cũ oculi sint de natura aqua: ut dr̃ in de sensum & sensato. Secũda cã est: qa cibaria multũ salsa sunt pruritiua & mordicatiua modo ut suꝑius dictũ est a cibariis mordicatiuis in stomacho existẽtibus eleuant̃ fumi mordicatiui: qui sui mordicatiõe oculis nocent: ac ipsos multũ rubificãt. Et ergo uidemus qđ bulientes sal rubeos cõiter hñt oculos. Secundũ nocumẽtũ ẽ ꝙ cibaria multũ salsa minorãt sperma: & rõ est: qa cibaria multũ salsa multũ exsiccãt oẽs humiditates corporis q̃re ẽt sperma exsiccat̃ & sic minorat̃. Tertiũ nocumentũ ẽ ꝙ generãt scabiẽ. Cuius rõ est: qa sal generat humorẽ acutũ mordicatiuũ adustũ qui ẽt est causa scabiei. Quartũ nocumentũ ꝙ augent pruritũ. Et ratio est: quia generant humorẽ mordicatiuũ & pruritiuũ: & ista quattuor nocumẽta cõmemorat Rasis in Almã. de sale dicẽs: eoꝝ p̃terea sanguinẽ qui multã ex eo sumpserint quantitatem adurit: uisum quoq; debilitat atq; minuit sperma & generat pruritũ & scabiẽ: & p̃ter ista nocumenta ꝑ salsa. i. multũ salsa inducũt serpigines: & impetigines: morpheã: leprã: indispositis: & uias urinę excoriant cum diu continuant̃. Moderate tamẽ salsa fastidium auferunt appetitum excitant atq; acuunt.

Hic feruore uigẽt tres:salsus:amarus:acutus
Alget acetosus sic stipans ponticus atqȝ:
Vnctus & insipidus dulcis dát tẽpamentũ.

ueꝝ ē qñ fleubothomia fit de uenis brachii:nā fleubothomia facta de uenis pedū nō sic retinet:pōt tñ ꝑ accidēs cōtingere qđ ad fleu/bothomiā sequat̃ maior fluxū uētris:& hoc duplr. Prío qa ex fleu/bothomia facta tollit̃ onus naturę:tūc.n.uirtus cōfortata aliqñ ꝓuocat alias euacuatiōes. Secūdo si flux⁹ uētris fiat ex multa debilitate uirtutis cōtētiue:tūc.n.qa ex fleubothomia debilitat̃ uirtus:magis augebit̃ fluxus uētris. Sextū ē ꝙ fleubothomia facit puros sensus: qa minuit euaporationē ad caput uñ turbant̃ sensus. Septimū ē ꝙ ipsa iuuat somnū īpeditū:qa ꝑ ipsā euacuant̃ humores plurimi a qbus eleuāt̃ uapores acuti & diuersi īpediētes somnū. Octauū est ꝙ ipsa tollit tedia & grauitates nimias:qa ꝑ ipsā uirtus exonerat̃ a suo grauamine:& ēt educto ꝑ ipsā sanguinē educit̃ simul melācolia fex sanguis q̄ īducit tedia & grauitates. Nonū ē ꝙ ipsa cōfert auditui: qa ꝑ ipsā diminuunt̃ uapores & humores ascēdētes ad caput impediētes auditū. Decimū ē ꝙ ipsa cōfert uoci:qa ꝑ ipsam diminuunt̃ supfluitates & humiditates quę possent ꝑuenire ad pectus uel cānā pulmonis & īpedire uocē. Vndecimū ē ꝙ ipsa auget uires:qa ꝑ ipsam corpus a suo grauamine exonerat̃:q̄re uirtus augmētat̃.

Tres insunt istis maius september aprilis
Et sunt lunares sunt uelut ydra dies.
Prima dies primi postremaq; posterioꝝ
Nec sanguis minui nec carnib⁹ anseris uti
In sene uel iuuene si uene sanguine plene
Omni mense dene confert incisio uene
Hij sūt tres mēses maius septēber aprilis
In quibus eminuas ut longo tpe uiuas

¶ In hoc textu autor tria facit. Prío dicit ꝙ isti tres mēses.s.maius september aprilis sunt mēses lunares:& in eis sunt dies ꝓhibiti a fleubothomia: uidel; prima dies maii: & ultima septembris & aprilis: & istud cōes dicūt: uerūtamen est dictum fictum:nec alicuius ualoris:imo p̄dicti dies

pñt eẽ ita boni & electi sicut & alii:ſm ꝙ diuersa constellatio in eis põt esse. Et subdit autor ꝙ in talibus diebus nulli uesci debẽt carni bus anseris:qđ ẽt falsum ẽ & erroneũ:& magis sortilegio attribuẽ dũ:& forte autor & istud habuit a iudeis q istũ ritũ obseruant. Secũdo dicit ꝙ senex senectute & nõ a senio & iuuenis uenas plenas hñtes sanguine minui pñt oĩ mense:qa isti nõ facilr resolubiles sũt: nec ĩ eis solũ paucus est sanguis bonus:ĩmo multus. Tertio dicit ꝙ incisio uene pro regimine sanitatis custodiẽdo debet fieri in aliquo istoꝝ triũ mensiũ:qui sunt maius:septẽbris:& aprilis:differẽter tñ: qa ĩ aprili & maio debet incidi uena epatis pp multiplicationẽ sanguinis eo tpe:cũ sit tp̃s uernale:& in septẽbri uena splenis pp melancoliã quæ tũc habet multiplicari:cũ sit tp̃s autũnale.

¶ Hic autor põit.xii. quę ĩpediũt fleubothomiã. Primũ est frigiditas cõplexionis. Cũ.n. ſm Gal. in megategni fleubothomia infrigidat: tũc augmentaret

Frigida natura frigens regio:dolor ingẽs
Post lauacrũ coitũ minor ętas atq; senilis.
Morbus prolixus repletio potus & esce
Si fragilis uel subtilis sensus stomachi sit
Et fastiditi tibi nõ sunt fleubothomandi

frigiditatẽ:cã autẽ q̃re fleubothomia infrigidat est:qa ſm Isaac in urinis:sanguis est fundamẽtũ caloris nãlis.i.illud in quo calor nãlis seruat:& qa fleubothomia sanguinẽ euacuat:ideo & calorẽ naturalẽ:& tũc p ꝯñs infrigidat. Secundũ regio frigida uehementer: sub qua debet cõprehẽdi tp̃s multũ frigidũ qđ ẽt ꝓhibet fleubothomiã:qa ĩ regiõe & tpe multũ frigidis:sanguis in frigiditate corpis includit:& ille qui circa extremitates existit a frigiditate cõdensat & ineptus fit ad hoc qđ fluat. Tertiũ est intensus dolor sub quo ẽt põt cõp̄hẽdi nimia corpis inflãmatio:qa si ĩ istis accidẽtibus fieret fleubothomia sequeret motus agitatiuus qui est ꝯrius naturę:cũ sit

difformis & maior inflãmatio q̄ ēt est naturā magis debilitās:& cā motus agitatiui ĩ dolore ĩtenso est:qa fit tractus ad diuersas ptes:p fleubothomiā.n.fit tractio ad locū fleubothomatū:& ex dolore forti fieret tractio ad locū doloris:cā v̊o maioris inflãmatiõis est:qa ex fleubothomia cõmouent̄ humores:q̄re magis inflãmant̄ ex motu:& istud uerū est qñ fleubothomia fit parua & artificialis:si tñ fiat usq; ad sincopim ꝑdest in p̄dictis casibus:qa ista cū uincit attractionem doloris nõ facit motū agitatiuū:& silr̄ tollit inflãmationē cū nõ sint humores ibi qui cõmoueant̄ & calefiãt & maiorē inflãmationē idu cũt.Et istud uoluit Gal̄. ĩ cõ.illius amphorismi.i.pti.ampho.q̄ egerunt̄:cū dixit:qđ nõ est melior medicina ĩ apostemate uehementis inflãmatiõis:& silr̄ ĩ febribus & dolore forti q̄ fleubothomia.Quartū est balneū & maxime resolutiuū:tale.n.ꝓhibet fleubothomiã:qa tale etiã est euacuatiuū iã nã nõ facile tolerat euacuationē supeuacuationē.Quintū est coitus ĩmediate p̄cedēs:post talē.n.nõ statim d; fieri incisio uenę:qa ex hoc maxĩa debilitatio naturę seq̄ret̄:cū p coitū prius nã debilitata sit.Sextū ē ętas maior uel minor q̄ reqrit̄ ad fleubothomiã:sicut ętas infantię & ętas senii:prout declaratū est prius.Et ista impedimēta tãgit Aui.lo.p̄all̄.dicēs:tibi quoq; cauere debes a minutiõe ĩ cõplexiõe uehemētis frigiditatis:& in regiõibus fortis frigiditatis:& ĩ hora fortis doloris:& post balneū resolutiuū & post coitū:& in ętate q̄ est minor.xii.ãnis senū q̄to magis poteris: nisi ĩ figura cõfisus fueris:& in soliditate musculoꝝ & uenaꝝ amplitudine:& eaꝝ repletione & coloris rubedine:& ulterius subdit:hos nãq; ex adolescētibus:& senibus fleubothomare audebis.Adolescē tes tñ ſm ordinem ad fleubothomandū paulatim ꝓuehere debes cū pauca minutiõe.Septimū est morbus ꝓlixus:qa tũc ex tali fleubothomia natura dupl̄r debilitat̄:puta a morbo ꝓlixo & a minutiõe. Et istud est uerū ſm Aui.lo.p̄all̄.Nisi sanguinis affuerit corruptio:

T

quia si sic fleubothomia pōt cōuenire. Octauū est nimia repletio potus. Nonū est nimia repletio cibi: sub q̄ ēt cōphēdit̄ indigestio cibi. Et cā hoꝝ est qa ꝑm Aui. in. i. attrahentia sunt tria. s. uacuū: calidū: & tota spēs. Si ergo uene p fleubothomiā a sanguine euacuarent̄ cibum indigestū uel supfluū siue potū supfluū a stomacho uel epate attraherēt q indigestus ueniēs ad mēbra nō corrigeret̄: qa tertia digestio nō corrigit pctm̄ secūdę: nec secūda primę: si pctm̄ sit magnū pp qd̄ i mēbra nō cōuerteret̄: sed ibi remanēs posset eē cā ęgritudinis. Decimū ē fragilitas. i. debilitas uirtutis: fleubothomia. n. est fortis euacuatio: ꝑm Gal̄. ii. ampho. in cō. illius. In quo morbo: sed uirtus debilis nō pōt pati motū fortē. Vndecimū ē subtilis sensatio orificii stomachi: q̄ p̄cordiū dr̄: qa ex fleubothomia ī tali statim sequit̄ sincopis. Et sub isto ēt cōphēdit̄ debilitas stomachi: & facilis fluxus colerę ad orificiū eius inducēs ad uomitū facilē colerę. Vñ in hñtibus p̄dicta accidētia nō cōuenit fleubothomia. Per fleubothomiā. n. humores cōmoti ad os stomachi inducerent̄ tāq̄ ad locū cōsuetum: & qa est mēbrū debile & ipotēs illi fluxui resistere: iō illis multa mala p fleubothomiā accidūt. Et hoc ē una cā: q̄re qñq; aliq in fleubothomia sincopāt. s. qa colera ad stomachū fluit q̄ mordicādo stomachū ex cōpassiōe cordis & stomachi sincopim iducit. Duodecimū ē fastidium. Si. n. in fastidio fieret fleubothomia cū uene euacuarent̄ traherēt ad se mām malā faciētē fastidiū. Et plurima istoꝝ sex ultimoꝝ accidētiū tāgit: Aui. lo. p̄all̄. Et circa istud ē sciēdū q̄ p̄ter p̄dicta accidētia sunt adhuc aliq̄ alia ēt ipediētia fleubothomiā: quoꝝ. Primū est alia euacuatio ut qñ est fluxus menstruoꝝ aut emorroydaꝝ: tūc. n. nō d3 fieri fleubothomia: & hoc ad euacuationē: licet ad diuertēdū fluxū seu materiā posset fieri. Secūdū est corpis siue cōpositiōis raritas: qa a corporibus raris multū dissoluit̄: & iō sufficit ista resolutio nec euacuatione indigent. ut uult Gal̄. ix. magaregni.

Tertiũ ē humoꝶ cruditas & uiscositas:tũc.n.est cauēda fleubotho/
mia:qa augmentaret cruditas humoꝶ:& pp hoc in morbis longis
nó est faciēda fleubothomia:qa cruditas humoꝶ augmētaret:& uir
tus debilitaret:& morb⁹ ꝓlógaret:& iō timēdũ esset de casu uirtu
tis:& pp hoc uult Aui. ꝙ in morbis cronicis faciēda ē farmacia añ
fleubothomiã & nó fleubothomia añ faciēda:licet utroqꝫ indigeãt
patiētes:sed cruditas humoꝶ pót accidere duab⁹ de causis:una cã ē
pp abũdãtiã humoꝶ caloré nãlé suffocãtiũ q debilitatus & suffoca
tus humores crudos generat:& tũc bñ cópetit fleubothomia. Vnde
ſm Alexãdrñ.ii.libro suo.ca.de ydropisi:fleubothomia in pricipio
ypozarce cópetit cũ ꝓuenit ex multitudine sanguinis menstrualis
cũ ꝓhibeant fluere mēstrua pp cãm aliquã:aut ex multitudine san/
guinis emorroydalis:qa sicut ignis paruus sub multa lignoꝶ cōge/
rie suffocat:silr ē de calore ĩnato suffocato sub humoꝶ multitudie.
Secunda cã cruditatis humoꝶ est caloris ĩnati debilitas ut in illis q
sunt debilis cóplexióis & q habuerũt lógã ęgritudinē & in senibus:
& tũc nó cópetit fleubothomia:quia p hoc augeret cruditas:qa san
guis in quo calor cóseruat extraheret:& ita corpus infrigidaret:&
humores magis incrudarent:debet ergo sanguis dimitti ut humoꝶ
cruditaté digerat. Quartũ est aeris indebita dispositio & nimia ca
liditas aut nimia frigiditas:quia p caliditaté multã fortis fit resolu
tio:& p frigiditaté multa ineptificatio humoꝶ ad fluxum.

Quid debes facere qñ uis fleubothomari.
Vel qñ minuis fueris uel quãdo minutus.
Vnctio siue pot⁹ lauachrũ uel facias mot⁹.
Debēt nó fragili tibi singula mēte teneri.

¶ In hoc passu autor ponit quinqꝫ quæ debent fieri circa fleu/bothomiã:aliq̃ quidē añ fleubothomiã: ali qua ĩ fleubothomia: & aliq̃ post fleubothomiã. Primũ est unctio q̃ aliqñ fit ĩ fleubotho/

mia:sicut unctio fleubothomi:ut dolor leniať:aliqñ ṽo post fleubo/
thomiā:ut consolidatio uulneris retardeť ad hoc ut post fleubotho/
miā humores relicti ī uenis aliquā possint hr̄e respiratione͞ & fumi
aliq mali exalēt. Secūdū ē potus & maxíe uini q ualet i fleubotho/
mia si sincopis accidat:& ēt ualet post fleubothomiā pro regenera/
tione nouoꝝ spirituū & noui sanguinis:& isto modo iā faciūt cōes:
Tertiū ē lauacrū.i.balneū ꝙ ualet ꝑ duos uel ꝑ tres ante:& ꝑ duos
uel tres post fleubothomiā & nō eodē die:añ qdē:si qs timeat ꝙ ha/
beat in se humores grossos:qa balneū humores dissoluit & cōmo/
uet eos:& ꝑꝑ hāc cām ēt cōpetit añ acceptio sirupi acetosi:& motus
ut humores dissoluanť & subtilienť:& ergo qñ dʒ fieri fleubotho/
mia dʒ fricari brachiū:ut humores existētes in uenis ꝓpinquis bra
chio subtilienť & præparenť ad exeundū facilius:post fleubotho/
miā ṽo ualet ut reliquię humoꝝ & uapoꝝ derelicta resoluantur:in
die ṽo fleubothomię nō cōuenit:qa ꝑ balneū cutis lenis sit qua leni
ficat percussionē factam in fleubothomia fugit:& hoc est periculū.
Quartū est fascia.i.ligatura cū pānis lineis q̄ ualet post fleubotho
miā imediate ad retinēdū fluxū:& añ fleubothomiā ad trahēdū hu
mores ad locū ubi q̄riť fleubothomia ut ex eo ēt uene ingrossenť
& melius uideanť. Quintū est motus siue ambulatio moderata q̄
pōt fieri añ ut humores dissoluanť & subtilienť:& post:ad resoluen
dū reliqas humoꝝ ex fleubothomia derelictas. Circa ꝑ̄dicta scien/
dū est ꝙ cōes faciūt se fleubothomare ieiuni:sed qbusdā doctoribꝰ
melius vr̄ & cōueniētius:ꝙ añ fleubothomiā:primū unū ouū sor/
beāt molle cū uno hastu uini circa nonā uel decimā horā añ prādiū
& statim postea se fleubothomari faciāt. Et huius cā est:qa stoma/
cho uacuo nā fortius sanguinē retinet ne deficiat in nutrimēto:sed
cū cibus qui de se multū nutritiuus est sit in stomacho cuiusmodi
sunt oua sorbilia & uinū:tūc nā melius sanguine ex re ꝑmittit.

Exhilarat tristes: irritos placat amẽtes
Ne sint amentes fleubothomia facit.

¶ In hoc passu autor ponit tres effectus fleubothomię. Primus est q fleubothomia exhilarat.i.letificat tristẽ hoiem. Secũdus est q fleubothomia placat iratos: & cã: utriusq3 est: qa in sanguine qñ multa cõmiscet' melãcolia fit tristitia: & qñ multa colera fit ira: cũ melãcolia sit cã tristicię: & colera irę iã uterq3 istorꝝ duorꝝ humorꝝ educit' eductione sanguinis: quia ei cõmiscet'. Tertius est q phibet amẽtes ne insaniãt: qa facit humores fluere ad ptes exteriores: & a capite diuertit: pro maiori declaratiõe sciẽdũ ẽ q qnq3 sũt causę pp q̃s d3 fieri fleubothomia: quarꝝ. Prima est directa & alię q̃ttuor indirecte. Pria q̃ ẽ directa ẽ ut abũdãtia sanguis euacuet': siue abũdet sanguis ĩ q̃litate siue q̃titate siue utroq3 mõ. nã ꝑm Aui. lo. pal. Duo gnã hoĩm sũt fleubothomãda: quorꝝ unũ est ille modus hominũ q iã parati sũt incidere ĩ ęgritudines: ut q hñt abũdãtiã sãguis ĩ q̃titate: & reliquũ genus est genus illorꝝ hoĩm q iã ęgritudinẽ inciderũt pp humorꝝ siue sanguis maliciã: sed differt fleubothomia ista & illa: qa pp sãguinis abũdãtiã d3 fieri multa fleubothomia: sed si in q̃litate peccet siue sit maliciosus: tũc cõpetit fleubothomia pauca: uñ ꝑm Gal'. ix. megategni: si sanguis sit malus in corpe d3 euacuari paulatim: & iõ peccãt multũ illi qui qñ uident sanguinẽ malũ fleubothomãt se quosq3 uideãt sanguinẽ bonũ exire cũ forte prius totus sanguis exire q̃ bonus exiret: sed d3 fieri pauca euacuatio: & tũc ꝑm Gal'. in casu isto: priusq̃ fiat: fleubothomia d3 dieta bonũ sanguinẽ generãs exhiberi ut loco mali sanguis bonus sanguis generet'. Et postea d3 fieri post modicũ tps fleubothomia pauca: & sic deiceps: ista fleubothomia ẽ directa: qa fit p se ad euacuationẽ illius q p se d3 p fleubothomiã euacuari.s. ad euacuationẽ plenitudinis humorꝝ siue sanguis: principal'r tñ ꝑm q cũ eo sunt alii humores. Prima cã indirecta est ma-

gnitudo morbi & magnitudo apostematis uehemētis inflāmatiōis: qa ſm Gal.in cō.illius ampho.quæ egerūt &c.Nō est melior medicina i apostemate uehemētis iflāmatiōis & ī febrib⁹ & dolore forti quā fleubothomia:ut ēt dictū est ibi frigida nā. Secūda cā indirecta est ut attrahat mā ad partē illā p quā dꝫ euacuari mā:uñ in retentiōe mēstruoꝝ & emorroydaꝝ dꝫ apiri sophēa ſm Gal.& Aui. ut trahat mā sanguis ad iferi⁹. Tertia cā idirecta ē ut humores trahant ad locū ꝯriū illi loco ad quē fluūt humores:& hoc ad diuertēdū māꝫ a loco ad quē fluūt humores:uñ in nimio fluxu mēstruoꝝ dꝫ fieri fleubothomia de basilica ut trahat mā ad ꝯriū locū ad quē declinat &.diuertat a suo flux :& pp hoc in pleuresi sinistre ptis:dꝫ fieri fleubothomia in pte dextra ut diuertat mā & attrahat ad locū ꝯriū loco ad quē declinat:& silr si sit ī pte dextra dꝫ fieri fleubothomia ī parte sinistra. Quarta cā idirecta est ut p fleubothomiā una portio materię euacuet:& nā potētior sit supra residuū:& sic cōpetit fleubothomia qñ repletio est i corpe ne fiat apostema:qa nā est debilis respectu regiminis illoꝝ humoꝝ:iō una portio illius materię est euacuāda ne pp īpotētiā naturę i regēdo illā materiā:illa mā fluat ad aliquē locū debilē in quo aggreget & apostema generet.

Fac plagā largā mediocriter ut cito fum⁹
Exeat:uberius liberiusqꝫ cruor.

¶ In hoc passu autor ponit unū documētū de quātitate scissure in fleubothomia. Et dicit ꝙ scissura debet esse larga mediocriter ut fumus & grossus sanguis liberius exeāt:quia qñ scissura est stricta:tūc solū subtilis sanguis exit & grossus remanet.Circa istud est sciendū ꝙ aliqñ in fleubothomia debet fieri uulnus magnū & aliqñ paruū:debet aūt fieri uulnus magnū tribus de causis. Primo quia humores sunt grossi: & grossus sanguis est euacuādus ut p illud uulnus magnū sanguis

facili⁹ possit exire:& ergo melācolicis faciēdū ē magnū uuln⁹. Secū do pp tpis frigiditatē q̄ hūores igrossat:& ergo i hyeme dꝫ fieri uul nus magnū. Tertio pp abūdātiā hūoꝝ:qa tūc fit meli⁹ euacuatio p uulnus magnū q̄ paruū:sed uulnus paruū fit cū ē uirtus debilis:ut de spiritib⁹ & calore minus euacuet̄:& in tpe calido eadē de cā:& qñ ē sāguis subtilis.

Sāguine subtracto sex horis ē uigilādū.
Ne somni fumus ledat sensibile corpus
Ne neruū ledas non sit tibi plaga ꝓfunda
Sāguie purgatus nō carpas ꝓtinus escas.

¶ In hoc passu autor tangit tria cōsiderāda circa fleubothomiam: Primū ē q̄ fleubotho matus nō dꝫ dormire imediate post fleubothomiā:nisi ad min⁹ trāsi uerit sex horę:& hui⁹ subdit autor cām ne fumi:q.s.i sōno causant̄ moti ad caput ledāt cerebrū:alię tñ pñt assignari cāę:q̄ꝝ. Pria ē ne i sōno uertat se patiēs supra brachiū fleubothomiaꝝ:& p hoc ledat̄. Scđa ē ne hūores i sōno fluāt ad mēbrū lesū i quo ē dolor pp ictū fleubothomi & fiat apostēa:uñ Gal̄.ij.āph.sup illo āpho.i quo mor bo:uult q̄ i sōno si fiat apostēa ītra corp⁹ aut mēbrū sit lesū ad ipꝫ fluūt humores:Aui.v̂o aliā assignat cām.s.q̄ p talē sōnū posset acci dere cōfractio mēbroꝝ. Et istius cā pōt eē:qa sicut:ꝑm Gal̄.sup illo āpho.i quo morbo &c.sōnus i pricipio paroxismi nō cōpetit:qa ca lor nāl̄ ad iteriora regredit̄:& exteriora ifrigidāt̄:& fumi remanēt nō cōsumpti:pp q̄ rigor augmētat̄ & paroxism⁹ ēt ꝓlōgat̄:sic ēt fu mi p cōmotionē hūoꝝ:& i fleubothōia ad neruos & ad lacertos ele uāt̄ q nō cōsūpti remanētes i sōno ifrigidāt̄ i exteriorib⁹ & igrossāt̄ & iō faciūt ad neruoꝝ & lacertoꝝ ꝯfractiōeꝫ si fiat supdormitio ime diate post fleubotōiā:alia cā pt eē qa mãꝫ ē igrossās ē faciēs ꝯfractio nē:sic̄ i q̄rtana i cui⁹ typo fit ꝯfractio pp frigiditatē & grossiciē mãę sꝫ nerui & lacerti st̄ frigidi:iō ad ipos ueniēs iste fum⁹ i sōno i quo fit retractio caloris ad iteriora ifrigidat̄ & igrossat̄ & iste fum⁹ ifrigida

tus & igrossatus frigiditatẽ & ingrossationẽ iducit ĩ mẽbro siue cõ fractionẽ: siue ad mẽbrũ cõsimile ꝓpant ęgritudies cõsiles. Et istud ueꝝ est de somno fleubothomię uicino & nõ dę remoto postq̃ fumi illi fuerint consũpti. Secũdũ ꝙ dicit est ꝙ fleubothomãs dꝫ cauere ne faciat nimis ꝓfundã apturã ĩ minutiõe: ita ꝙ cũ fleubothomo le dat neruũ uel arteriã uene suppositũ: nã ex lesione nerui seqͭ spasmus: ex quo ulteriꝰ acerbissima mors seqͭ uel ad minus ꝑditio mẽbri: puta brachii uel digiti &c. Ex lesione arterię sequitͬ fluxus sanguinis arterialis difficilime curabilis. Tertiũ est ꝙ fleubothomatus nõ illico. i. ĩmediate post fleubothomiã cibũ sumere dꝫ: sed dꝫ expectare quousqꝫ ĩ eo humores fuerint queti: ne cibus añ eius digestionẽ ad subueniẽdũ mẽbro leso cũ sanguine simul attrahatͬ.

¶ Hic autor ponit. v. uitãda ab ipso fleubothomato quoꝝ. Primũ est ꝙ fleubothomatus dꝫ uitare lac & lacticinia: cuius cã est: q̃a ex cõmotione humoꝝ ꝑ fleubothomiam sæpe fluunt humores aliq ad stomachũ: si ergo lac sumeretͬ ex cõmixtiõe illoꝝ hnmoꝝ lac ĩ stomacho corrũpetͬ: ex quo de se maxíe corruptibile est: iã & lac ꝑꝑ dulcedinẽ eius posset trahi indigestũ ad uenas: & ꝑꝑ cõmotionẽ humoꝝ facile corrũpi. Secũdũ ẽ ꝙ fleubothomatus dꝫ cauere a potu nimio: q̃a ꝑꝑ euacuationẽ uenaꝝ talis potus traheretͬ facile ad uenas indigestus: ꝓut prius dictũ ẽ. Tertiũ est ꝙ fleubothomatus dꝫ uitare oĩa frigida tã intus sũpta quã exteriꝰ adhibita: puta cibaria multũ frigida: aerẽ frigidũ: balneũ frigidum: tenuitatẽ uestiũ: sessionẽ supra petrã: frigiditatẽ capitis uel pedum:

Omnia de lacte uitabis rite minute.
Et uitet potum fleubothomatus homo
Frigida uitabis q̃a sunt inimica minutis
Inter dictus erit minutis nubilus aer.
Spiritus exultat minutis luce per auras
Oĩbꝰ apta quies est: motus ualde nociuus

qa cũ calor nãlis p fleubothomiã debilitatus est:corpus facile sup/fluc ifrigidaret᷑.Quartũ est ꝙ fleubothomatus nõ dꝫ ambulare in aere tenebroso nebuloso turbato:qa talis cõtristat aiam:& pigriciã in corpib⁹ iducit:ut prius dictũ ẽ ibi:aer sit mũdus:nã tristicia cã ẽ sãguis melãcolici:sed dꝫ ãbulare i aere claro & lucido:qa i tali aere spũs uitales nãles & aiales recreant᷑ & ad extra mouent᷑ cõgaudẽtes simili. Quintũ est ꝙ fleubothomatus dꝫ querere quietẽ tẽpatã:silr & motũ excessiuũ uitare:qa motus excessiuus tũc maxie debilitat & humores cõmouet:quies vo tempata motũ sedat.

Principio minuas in acutis peracutis
Etatis medię multũ de sanguine tolle
Sed puer atq̄ senex tollet uterq̄ parum
Ver tollat duplũ reliquũ tp̄s tibi simplũ.

¶Hic autor dicit q̄tuor.Primũ est ꝙ fleubothomia faciẽda est i pricipio ęgritudinũ p acutaꝝ.i.maxie acutarũ:q̄.s.terminant᷑ i die quarta:qa tales sunt breues:nec dãt inducias:& iõ a principio medicãde sunt.Secũdũ ẽ ꝙ in ętate media.s.q̄ est a.30.ãno usq̄ ad.xlv. uel.50.ãnũ plus de sãguie extrahẽdũ est q̄ i aliq̄ aliaꝝ ętatũ:qa i tali ętate maxie multiplicat᷑ sãguis:& eius subtractio nõ ĩpedit augmẽtũ:nec diminuit᷑ uirtus corpis:qa corpus in tali ętate nõ auget᷑:neq̄ diminuit᷑ sensibilr:sed stare vr. Tertiũ ẽ ꝙ senes & pueri paꝝ fleubothomãdi sunt:qa in pueris sãguis multus requirit᷑ pp nutritionẽ & augmẽtationẽ in eis.Et in senib⁹ uirtus incipit debilitari.Quartũ est ꝙ in uere dupla q̄titas sanguis abstrahẽda est p fleubothomiã respectu alioꝝ tẽpoꝝ:cuius rõ est:quia uer est tp̄s maxie multiplicatiuũ sanguinis:ꝑm oẽs autores medicinę.Circa primũ dictũ pro maiori declaratiõe ponẽdę sũt aliq̄ regulę circa fleubothomiã:quarũ prima est ꝙ i pricipio morbi nõ est faciẽda fleubothomia. Medicus.n.est minister naturę:ꝑm Gal.in tegni.cã.illo.Omniũ nã opa/

trix. Medicus vo minister: sed ꝓm Gal. iiii. ãpho. in cõ. illius egritu/
dinibus qbuscũq; incipiẽtibus nulla euacuatio in pricipio morbi ẽ
nãlis: sicut ergo nã in principio morbi nõ euacuat: ita nec medicus.
Istud tñ in tribus casibus h3 instãtiã. Primo ĩ materię furiositate: uñ
Aui. loco sępe alleg. uult ꝙ in principio morbi fleubothomia nõ d3
fieri: qa fleubothomia humores cõmoueret & subtiliaret & currere
per corpus faceret nisi mã sit furiosa. Secũdo h3 instãtiã in materiæ
multitudine. uñ Gal. sup illũ ampho. Incohantibus morbis: uult ꝙ
op3 fieri fleubothomiã aut farmaciã ut nã alleuiet: quę. s. onerata ẽ
ꝑꝑ materię multitudinẽ. Tertio h3 instantiã in morbi magnitudine
& acuitate: ut qñ ẽ apostema magnũ & dolorosũ: licet nõ sit multa
mã. s. añcedẽtis in corpe. uñ dicit Gal. xiii. megategni. Si apostema
sit magnũ fleubothomet in principio: licet nõ sit materię multitu/
do ne crepet aut apiat apostema an sui maturationẽ. Ergo ut mala
sinthomata uitent minutio est faciẽda. Secũda regula est ꝙ nõ fiat
fleubothomia in die motus ęgritudinis: sicut in crisi nõ est facienda
fleubothomia: nec aliq̃ euacuatio: ne mã a loco ad quẽ natura mittit
ipm diuertat: silr neq; in paroxismo: uñ ꝓm Gal. i. ampho. In statu:
neq; fleubothomia: neq; farmacia fieri d3: qa ĩ eo fit coctio morbi: q̃
melius fit in qete q̃ motu: sed sicut se h3 status ad morbũ totalẽ: ita
paroxismus respectu dieꝝ iterpolatiõis: sicut ergo ĩ statu nõ ẽ eua/
cuãdũ: ita nec ĩ paroxismo. Tertia regula ẽ ꝙ fleubothomia nõ ẽ fa
cienda ĩ pricipio morbi: cũ crisis est remota: qa ꝓm Isaac in urinis:
sanguis est fundamẽtũ caloris nãlis ipm. s. sustinẽs: licet cor sit fun
damẽtũ generãs: & spũs fundamẽtũ deportãs: sed sanguis est fun/
damẽtũ caloris nãlis: qa ex eo mãliter generat calor nãlis: & ideo ali
quis sanguinẽ euacuãdo euacuat calorẽ qui materiã morbi h3 dige
rere: & p ꝯñs morbus plõgat & uirtus debilitat: ꝑꝑ ꝙ timẽdũ est ne
ꝑꝑ lõgitudinẽ morbi & debilitatẽ uirtutis nã succũbat. Quarta re

gula est q̄ in corpe hn̄te fecē in intestinis nō debet fieri fleubotho/
mia:cuius cā est:qa tria sunt attrahētia.s.calidū:uacuū & tota spēs.
Quia ergo p̄ fleubothomiā uene euacuant̄ q̄ a mēbris sibi ppinqs
attrahūt:& ita meseraice a stoma ho:uēter plus cōstipat̄ & n ā cō
tenta in uenis plus inficit̄:& meseraice attrahunt humiditatē secū:
& feces plus desiccant̄. Debet ergo uēter primo leniri:ut p̄ supposi
toria aut clisteria:nisi p̄ se laxet̄. Quinta regula ē q̄ nō dꝫ fieri fleu
bothomia multa:quia ex hoc malū accidit in senio.s.multi morbi
mali sicut epilēsia appoplexia & paralisis:qa pp̄ remotionē sangui
nis:& caloris generant̄ multe supfluitates fleumaticę:q̄ sunt cause/
baꝝ ęgritudinū.Sexta regula est q̄ nō dꝫ fieri fleubothomia in mu
liere mēstruata aut impgnata. In impgnata nō dꝫ fieri:quia p̄ hoc
calor digerēs cibū diminueret̄:& nutrimētū fetus auferret̄:& ma/
xime qn̄ fetus ē magnus cū tūc indiget āpliori nutrimēto.Et istud
dicit Ipo.v.ampho.In mēstruata v̄o nālr.s.ꝭm reuolutionē mensis
nō dꝫ fieri fleubothomia:qa in fluxu nimio mēstruoꝝ esset faciēda
ad diuertēdū materiā:sed qn̄ eueniūt nālr:& ꝭm debitū cursum na
turę:tūc nō dꝫ fieri fleubothomia:cū mā euacuet̄ sufficienter a nā:
& natura nō dꝫ diuerti ab opatione.Septima regula est q̄ post cole
ricā passionē non debet fieri fleubothomia.Cū.n.fleubothomia cō/
moueat humores p̄ hoc posset humor colericus ad stomachū fluere
& ipm inflāmare:nec debet fieri post uomitū ne similiter humores
fluāt ad stomachū:neq; post fluxum uentris:neq; post uigilias ma/
gnas:neq; post motū fortē:& breuiter nec post ullū calefaciēs mul
tū:aut multū dissoluēs:quia fleubothomia humores plus cōmoue/
ret:& uirtutē magis debilitaret. Deinde uidēdū est in q̄bus hoibus
cōpetit fleubothomia:& pro illo ponēdę sunt aliquę regulę:quaꝝ.
Prima ē q̄ fleubothomia cōpetit hoibus delicatis ociosis & quiescē
tibus:multū carnosis:& cibis multū sanguinē generātib⁹ utētibus.

Secūda regula est q̄ fleubothomia cōuenit illis ī qbus est abūdātia sanguinis:q̄ cognoscit̄ p̄ urinę spissitudinē. Abūdātia n. sanguinis facit eā spissam:sed colerā subtilē. Tertia regula est q̄ fleubothomia dȝ fieri in illis in quibus melācolia abūdat. Vñ cū est multa melancolia nālis currēs cū sanguine p̄ totū corpus:quia sanguis in epate ab ea mūdificat̄:tūc cōpetit fleubothomia siue minutio postea farmacia. Vñ duplex est melācolia:nālis & inālis:nālis est fex sanguinis:quæ qñ abūdat ipsa est currēs cū sanguine:q̄re cū sanguine p̄ fleubothomiā euacuat̄:ideo faciēda est fleubothomia ad eius euacuationē cū sanguine:ab eodē.n.calore.s.calore tēp̄ato fiūt sāguis: & melācolia:q̄ est eius fex:& postea faciēda ē farmacia. Quarta regula est q̄ in illis in qbus timet̄ humoꝝ ebulitio:cōturbatio:& calefactio:cōpetit fleubothomia:& isti statim qñ sentiūt se calefieri debēt fleubothomari cū sit timor ebulitionis:cōturbationis:& calefactionis:p̄p humoꝝ abūdātiā. Aliqñ tñ aliq decipiunt̄ p̄ istā regulā: qa statim qñ sentiūt calefactionē & timēt de humoꝝ ebulitiōe statim fleubothomāt se. Et qñ istud est ex colere calefactiōe & incēsione:p̄ fleubothomiā nō cessat calefactio nec ebulitio:imo p̄ hoc augmētat̄:qa fleubothomia humores cōmouet:& p̄ corpus currere facit. Et ergo nō cōpetit fleubothomia nisi hoc sit ex abūdātia humoꝝ qđ cognoscit̄ p̄ sudoris multitudinē & maxie in mane. Aliq.n. sunt qui nō sudant nisi quādo euacuatione indigent. Quinta regula est q̄ illis debet fieri fleubothomia qui habēt uirtutē fortē:& qui sunt sanguineę cōplexionis nō frigidę & siccę. Vnde Rasis. vii. Alman. Corpora apta ad fleubothomiā & quæ habēt uenas amplas & manifestas:& corpora pilosa & bruna & ex colore rubeo & fusco mixtis sunt colorata:& iuuenes & adolescētes & senes nō decrepiti:sed pueri:& infirmi nō sunt minuēdi nisi magna urgēte necessitate:& plurime istaꝝ regulaꝝ colligunt̄ ex Aui. iiii. in. c. de fleubothomia.

Estas uer dextras: autũnus hyemsq; sinistras
Quattuor hęc mẽbra. cephe. cor. pes. epar. uacuãda
Ver. cor. epar ęstas. ordo sequens reliquas.

¶ Hic põit autor aliq̃ cõcernentia mẽbra euacuãda fleubothomia: & dicit. Prio q̄ i uere: & ęstate debẽt euacuari uenę dextrę: ut dextrę manus uel dextri brachii uel pedis: sed i hyeme & autũno debẽt fleubothomari uenę sinistrę. s. sinistrę manus uel sinistri brachii uel pedis. Et isti⁹ cã põt eẽ: qa uer ẽ multiplicatiuũ sãguis: & istas colerę: ergo i uere & ęstate debẽt euacuari ille uene i qb⁹ magis abũdãt sãguis & colera: sed ille sũt uenę dextrę: qa i pte dextra corpis situatũ ẽ mẽbrũ gñatiuũ sãguis. s. epar & receptaculũ colere. s. cistis fellis. Sed autũnus ẽ gñatiuus melãcolię q̃ ẽt coaceruat᷑ & nõ resoluit᷑ p hyemẽ: ergo i autũno & hyeme debẽt fleubothomari ille uenę i qbus magis dñat᷑ melãcolia q̃ sũt uenę sinistrę: cũ i sinistra pte corpis ꝯtineat᷑ splen: q est receptaculũ melãcolię. Scd̃o dicit q̄ ista q̃ttuor mẽbra. s. cephe. i. caput. cor. pes. & epar. ₰m q̃ttuor partes anni sũt euacuãda: cor qdẽ i uere. epar i ęstate: caput i hyeme: & pedes in autũno.

Dat saluatella tibi plurima dona minuta
Purgat epar. splenẽ. pectus. p̃cordia. uocẽ
Innaturalem tollit de corde dolorem.

¶ Hic tãgit sex iuuamẽta puenĩetia ex fleubothomia uenę q̃ dr̃ saluatella: & ẽ uena i dorso manus in loco q est ĩter auricularẽ digitũ & medicũ. Primũ est q̄ ipsa purgat epar. Secũdũ ẽ q̄ ipsa mũdificat splenẽ. Tertiũ ẽ q̄ mũdificat pectus. Quartũ ẽ q̄ p̃seruat p̃cordia. i. orificiũ stõachi a nocumẽto. Quintũ est q̄ aufert nocumẽta uocis. Sextũ ẽ q̄ aufert dolorẽ ĩnaturalẽ cordis: & rõ oĩum iuuamẽtoꝝ ẽ: qa p̃dicta uena ab oĩbus istis locis sanguinẽ euacuat: ut postea ẽt patebit. pro maiori declaratiõe p̃dictoꝝ: sciẽdũ ẽ q̄ i fleubothomia aliq̃n apiunt᷑ uenę & aliq̃n arterię. In aptione aũt arterię est

timor: & huius cã potissima ē nimius fluxus sãguís:qui duplici cã hȝ fieri ī fleubothomia arterię. Vna cã ē caliditas uehemēs sanguis arterialis:calidũ.n.est facile mobile & arteriã dilatãs & apiens:& iõ iuuat multũ ad euacuationē sanguis in fleubothomia arterię. Secũda cã est arterię mobilitas:& iõ tardius ī ea uulnus curat̃ cũ uulnera nõ sanant̃ nisi quiescãt: ꝓdest tñ ista fleubothomia triplr̃. Primo cũ ē ī corpe sanguis subtilis abũdãtia. Secũdo qñ uaporosi. Tertio qñ calidissimi:sanguis.n.subtilis:ex quo calor nãlis & spũs fiũt:habitat ī arteria:sed sanguis grossus:ex quo mēbra nutriunt̃ ī uenis: silr̃ sanguis uaporosus in arteria cõtinet̃:& sanguis sanguineus in uenis:sanguis ēt calidissimus q a corde efficit̃ & digerit̃:qđ est calidissimũ membrũ etiã cõtinet̃ in arteria:alius aũt sanguis in uenis. Secũdo sciẽdũ ꝙ uenaꝝ aptio est in multis mēbris:aliqñ ī brachio siue manu magna:aliqñ in parua:aliqñ in pede:aliqñ in naso:aliqñ in frõte:aliqñ in labiis:aliqñ in lingua:siue in palato:aliqñ ī angulis oculoꝝ uersus frontē:in manu maiori quę est ab ascellis usqȝ ad cubitos sunt qnqȝ uenę apiendę ꝺm Rasis.vii.Almã.& Aui.loco pall̃: Vna uocat̃ cephalica q̃ est uena capitis. Secũda basilica q̃ est uena epatica. Tertia mediana siue cordiaca siue nigra:ꝺm ꝙ uocatur ab Aui.siue matrix:sicut uocat̃ a Rasi.q̃rta ascellaris:& qnta funis brachii:in manu minori est sceiles siue saluatella:& ī brachio ꝺm ꝙ cõtinet maiorē manũ:& minorē sunt aperiendę sex uenę:cephalica a ꝑtibus q̃ sunt supra collũ euacuat:& iõ passionibus capitis ualet:ut in enigranea:mania:& ī aliis calidis passionibus siue ex mã calida: uñ & ista incipit siue orit̃ ab humero: & tendit ṽsus ꝑtē sinistrã brachii:basilica euacuat īmediate a partibus sub collo ut a pectore & epate:uñ ī passiõibus pectoris & epatis & similiũ ualet:uñ ualet in pleuresi:& īcipit ista ab ascellari:& tēdit ad ꝑtē domesticã brachii: mediana ṽo ē media īter duas ꝑdictas ī situ & ī cõpositiõe:qa ex eis

cóponit̃:est.n.ramus utriusq;.Et est ẽt media in euacuatióe:qa un/
diq; euacuat:& ab inferioribus ꝑtibus sub collo:& a collo:& supra
collũ. Vñ est uł̃is toti corpori in euacuãdo:nó uł̃is sicut dicũt qdã:
qa a corde oritur:sed qa ramus est cephalice & basilice. Et ergo cũ
uolumus fleubothomare de cephalica:& nó apparet:debemus acci
pe magis medianã q̃ basilicã:& sił̃r cũ uolumus fleubothomare ba
silicã & non apparet:magis debemus fleubothomare medianã quã
cephalicã:qa magis cóuenit cũ utraq; quã una cũ alia:cũ sit ramus
istaꝝ:& ista extrema:sceiles siue saluatella est uena q̃ est inter auri/
cularẽ & mediũ:tẽdẽs plus uersus medicũ digitũ:& orit̃ a basilica:
& ista apit̃ in dextra manu in opilatióe epatis:& in sinistra manu
in opilatióe splenis:& q̃re hoc fit nescit̃ róne:sicut dicit Aui.sed ex/
periẽtia:hãc.n.inuenit Gał. ꝑ somnũ:ut ipse dicit:qa hẽbat quẽdã
in cura hñtẽ opilationẽ epatis & splenis:& somniabat se fleubotho
mare patiẽtẽ de illa uena:& sic fecit & curatus est:de ista fit fleubo
thomia ponẽdo manũ in aq̃ calida:qa subtilis est:ió ut ingrosset̃:&
dilatet̃:& ne uulnus claudat̃ citius debito:& ut sãguis grossus sub
tiliet̃:ascellaris est illa q̃ posita est sub basilica:& illa apparet ĩ liga/
tura brachii:& de ista idẽ est iudiciũ cũ basilica:fumis brachii est
illa q̃ est supra cephalicã siue os ultimũ:siue altius brachii v̾sus ꝑtẽ
siluestrẽ:& est idẽ iudiciũ de ista & de cephalica:licet ergo ꝑm Aui.
& Gał.in aptióe uenę fit euacuatio uł̃is a toto corꝑe:nó tñ ab omni
bus uenis eq̃liter:ut uisum est:licet ẽt uenę a toto corpore euacuẽt:
nó tñ in eis est timor eq̃lis:ímo cephalica ꝑm Ra.vii.Almã. est secu
rior:& basilica est magis timẽda:& cardiaca ẽt multũ est timenda:
licet minus q̃ basilica:cephalica est securior:qa neq; iuxta eã est ner
uus:neq; arteria:neq; sup eã:sed sub cardiaca est neruus & altius su
pra eã est neruus subtilis:ió timẽdũ est ne incidat̃ neruus:basilica ẽ
ꝑiculosa ualde:qa est sub ea arteria:& iuxta eã est neruus & mascu

lus:& iō est timenda ualde:sceiles siue saluatella nō est piculosa:sed tñ subtilis est.& iō ut apiat̃:melius est ꝙ ponat̃ in aq̃ calida. In pede sũt tres uene.s.sciatica:sophena:& uena poplicis:& hęc apiunt̃ cũ uolumus trahere sanguinē ad partes inferiores:ut in ꝓuocatiōe mēstruoꝝ:& illa quæ est in poplice ꝭm Aui.magis ualet q̃ sophena aut sciatica:qa ꝓpinqor est matrici:& iō melius pōt ab ea trahere: sophena ṽo a uirga testiculis & a matrice sanguinē attrahit:sed sciatica ab anchis renibus & mēbris q̃ sunt situate ṽsus partē siluestrē melius trahit:sophena ṽo & a mr̃ice a mēbris positis uersus ꝑtē domesticā:licet sint rami unius uenę:in medio frōtis est uena una quę apienda ē in antiq̃tis passiōibus faciei:ut ĩ morphea:& impetigine scabię:& in passiōibus oculoꝝ:prius tñ dꝫ fieri minutio de cephalica:& silr̃ est una uena in naso:& in utriusq; aptiōe dꝫ collũ ligari:& postea apiri una ante aliā:p ligationē.n.colli melius manifestat̃. In aliis ēt sũt uenę q̃ apiunt̃ pp apostemata existētia in ore:aut gingiuis:cephalica tñ prius minuta:in palato sunt q̃ttuor uenę:quę si aperiant̃ ualēt fluxui reumatis:& ad dētes in eis faciētes dolorē.& iste uene sunt manifeste:& debēt apiri materia digesta:itē q̃dā sunt uene in angulis oculoꝝ uersus frontē:& apiunt̃ in passionibus oculoꝝ:cephalica prius minuta:itē q̃dā sunt uene sub ligna q̃ apiunt̃ in squināτia:cephalica prius minuta:itē uene que sunt in timporibus incidunt̃ pp emigraneā:& pp dolorē magnũ capitis:& egritudinē capitis:diuturnā:& iste sũt quas uocat Ipo.& Aui.Iuuenales: quaꝝ incisio reddit hoīem īpotentē gnãre:itē in collo ēt sunt uene q̃ uocant̃ guides q̃ minuēde sunt ĩ pricipio lep̃:& maxīe qñ anhelitus angustat̃:uñ ĩ sq̃nātia īpediēte anhelitũ minuũt̃.

Si dolor est capitis ex potu limpha bibat̃
Ex potu nimio nā febris acuta creat̃.
Si uertex capitis uel frons estu tribulent̃

¶ In hoc passu autor duo notat.Primũ ē ꝙ si dolor capitis accidat

Tīpora frōsq; simul moderate sępe fricēt᷑
Morella cocta nec nō calidaq; lauent᷑.

ex potu nimio & maxīe uini uel alicui⁹ alteri⁹ potus: quo ptīgit hoīes ine/briari: tūc supbibi d3 aq̄ frigida q̄ sui frigiditate atq; īgrossatiōe ipedit ne fumi ex tali potu eleuati cerebrum ledāt uel ad ipm eleuent᷑. Secūdū ē q si sumitas capitis uel frōs nimio calore uexet᷑: tūc de/bēt tīpora & frōs moderate fricari: & postea debēt ex aq̄ decoctio/nis morelle calida lauari: qa morella q̄ a cōib⁹ medicis solatrū dr̄ h3 īfrigidare: qa frigida ē.

Temporis ęstiui ieiunia corpora siccāt.
Quolibet ī mēse cōfert uomit⁹ quoq; purgat
Humores nocuos stōachi: lauat ambitus oēs
Ver autūnus hyems ęstas dominat᷑ in anno
Tempore uernali calidus fit aer humidusq;
Et nullum tempus melius fit fleubothomię.
Vsus tūc homini ueneris cōfert moderatus.
Corporis & motus uentrisq; solutio sudor
Balnea purgent᷑: tunc corpora cū medicinis
Estas more calet sicca nascatur in illa.
Tūc quoq; pręcipue colerā rubeā dominari.
Humida frigida fercula dent᷑: sit uenus extra
Balnea nō prosunt: sint rare fleubothomię.
Vtilis est requies: sit cū moderamine potus

¶ In hoc passu autor plura notat. Primū est q ieiunare multū exsiccat corpora ī ęstate: qa ex quo ęstas de nā ē calida & sicca: ipsa resoluit humiditates corpis: q̄ ēt resoluūtur p sudores ī ęstate multiplicatos: & sic supueniēte ieiu/nio corpa plus ex/siccant᷑: qa absente humido cibali: calor nr̄i corpis agit ī hūiditates pprias ipsas exsiccā do: & ergo bn̄ dicit Ipo. vii. pti. āpho. corpib⁹ hūidas carnes hn̄tibus famē adhibere ꝯuenit. Fames. n. corpa exsiccat. Secūdū ē q uomi/tu ꝯfert quol3 mēse: qa p uomitū euacuāt᷑ hūores nociui cōtenti in toto ābitu stōachi: & istud ēt uoluit Aui. iii. ī. i. c. xiii. de iuuamētis q̄ affert uomitus: cū dixit: q Ipo. pcepit uomitū fieri bis in unoquoq;

mēse.s.duob⁹dieb⁹cōtinuis:ut scđo die expellat̃ illud q̄ prīo die nō potuit ipelli:& p hoc ꝯm Ipo.cōꝯuat̃ sanitas:cū talis uomitus mū/dificat stōachū euacuādo fleuma & colerā:stōachus.n.non h₃ aliqd q̄ mūdet ipm sicut itestina hn̄t colerā rubeā ipsā mūdificātē:& postea Aui.lo p̄al.pōit plura alia iuuamēta uomit⁹ bn̄ facti:quoꝝ. Primū ē q̄ ꝯfert grauitati capitis:& hoc ē ueꝝ qn̄ illa grauitas accidit ex mā̄ hūorali uaporosa ꝑueniēte a stōacho & mēbris iferiorib⁹ad caput:si.n.grauitas corpis fieret a nocumēto ꝓprio ipsi⁹cerebri:tūc uomit⁹magis noceret q̄ ꝯferret.Scđm ē q̄ clarificat uisū:& hoc qn̄ obscuratio uisus ꝑuenit ex mā̄ uaporali ꝑueniēte a stōacho ad ipsos oculos alias āt nō.Tertiū ē q̄ aufert fastidiū.i.nauseā & abhominationē:remouēdo & euacuādo hūorē a stōacho q ē cā fastidij.Quartū ē q̄ cōfert ei ad cui⁹ stōachū descēdit colera corrūpēs eius cibū. Quītū ē q̄ remouet abhominationē q̄ fit pp unctuositatē.Sextū ē q̄ remouet cām desiderij:& illud q̄ facit desiderare acutū ponticū aut acetosū:qa uomit⁹remouet cām oium istaꝝ dispōnū:iā remota cā remouet̃ effectus.Septimū ē q̄ ꝯfert laxitati.i.cachecie q̄ p̄cedit ydropisim:euacuādo mā₃ tal̃ laxitatis & mūdādo stōachū.Octauū est q̄ ꝯfert ulcerib⁹ i renib⁹ & uesica diuertēdo mā̄s currētes ad illa loca ad ꝑtē oppositā. Nonū ē q̄ ēt ꝯfert lep̄ maxīe qn̄ fit cū uomitiuo forti:sic̄ elleboro:qa tal̃ uomitus euacuat mā̄s q̄ sūt i locis remotis & difficilis eradicatiōis:ex qbus fit lepra:ēt uomitus corrigit digestionē primā:ex q̄ alie.digestiōes melius fiūt:un̄ lepra peccat i corruptiōe digestiue.Decimū ē q̄ ꝯfert malicię coloris i cute ex aliquo hūore diuertēdo ip̄m a cute.Vndecimū ē q̄ ꝯfert epilensię stōaticę euacuādo hūorē cōtētū i stōacho:ex cui⁹effumatiōe causat̃ epilēsia. Duodecimū est q̄ ꝯfert ictericię:maxīe illi q̄ ē ex opilatiōe.Nā pp motū fortē i uomitu:mā̄ opilās mouet̃ & remouet̃ a loco i quo faciebat opilationē.Sil̃r euacuat̃ mā̄ fleumatica p uomitū q̄ cōiter est cā

istius opilatiõis. Decimũtertiũ ẽ ꝙ cõfert asmati euacuãdo materiã ãncedentẽ ex stõacho: q̃ fouebat mãꝫ asmatis: & ẽt calefaciẽdo mẽ/bra spũalia & pulmonẽ: ex quoꝝ calefactiõe seqᷓ cõsũptio supflui tatũ faciẽtiũ asma. Decimũq̃rtũ ẽ ꝙ cõfert tremori & paralisi eua cuãdo mãꝫ istaꝝ passionũ. Decimũ q̄ntũ ꝙ cõfert hñtibꝰ uiscera ni gra magna sup ptes extremas: diuertẽdo hũores a ptibus extremis. Et lꝫ uomitus debite ministratus ista cõferat iuuamenta: supflue tñ factus multa iducit nocumẽta: qa debilitat stõachũ & resoluit ipm: & facit eũ aptũ ut materię fluãt ad ipm: & obest pectori & uisui & dẽtibus: & antiqs capitis dolonbꝰ &c. Prout dicit Aui. iiij. i. c. xiiij. Tertiũ ꝙ notat hic tex. ẽ ꝙ q̃tuor sũt tpa anni. s. uer ęstas autũnus & hyems: ꝑut manifestũ ẽ: & iter ista tpa uer ẽ calidũ & humidũ: & hoc respectu alioꝝ tẽpoꝝ: licet i se sit tp̃s tẽpamẽto attinẽs: ut uult Gal. i de cõplexiõibus. Et ex isto seqᷓ ꝙ istud tp̃s magis aptũ ẽ fleu bothomię: qa magis ẽ multiplicatiuũ hũoꝝ q̃ alia tpa. Et ergo ẽt isto tpe põt cõuenire moderatus usus coitus & motus tẽpatus: & uẽtris solutio siue fluxus: & sudor tẽpatꝰ: & silr balnea tẽpata ad diminuẽ dũ repletionẽ. Et ergo ẽt istud tp̃s aptũ ẽ ad purgationẽ corpis cũ medicinis. Quartũ ẽ ꝙ ęstas calefacit & exsiccat: & ergo in ipsa ẽt multiplicatᷓ colera rubea q̃ calida ẽ: & sicca: pp hoc ẽt i ęstate fercula debẽt eẽ frigida & hũida ad remouẽdũ distẽpãtiã caliditatis & sic/citatis ex cõplexiõe ęstatis iductã: & dꝫ fieri abstinẽtia coitus: cũ ta lia ẽt exsiccãt: & abstinẽtia a multis balneis: sili de cã: & rara fleubo/thomia: eadẽ de cã: nisi necessitas hoieꝫ cõpellat: & dꝫ fieri qes: & pau cus motus: qa qes hũectat: & multus motus nimiũ exsiccat: & dꝫ hõ ꝑdicto tpe uti potu cũ moderamine & maxie frigido: qa ex supflua sũptiõe potꝰ frigidi pp aptionẽ poroꝝ aliqñ seqᷓ subita ifrigidatio corpis uel paralisis: siue laxitas mẽbroꝝ: uel mors subita. A qua nos defendat q ęternaliter uiuit: & regnat in secula seculoꝝ. Amẽ.

¶ Impressum Venetijs p Bernardinũ Venetũ de Vitalibus.

82 l., 29 lines, sig. A.-T 4, V 6